





Gutwein sc: wirceb:



# GEOGRAPHIA
## SPECIALIS POLITICA
IN DUAS PARTES DIVISA,
PRIMA PARS
# IMPERIUM
Sacrum Romano-Germanicum,
SECUNDA PARS
# HIERARCHIA
Sacri Imperii Romano-Pontificii
Per totum Orbem Terrarum,
Ex pluribus probatis Authoribus collecta,
&
JUVENTUTI ACADEMICÆ WIRCEBURGENSI
EXPLICATA

à R.P. HENRICO NIDERNDORFF S. J.
Matheseos Professore Ordinario,

PER THEOREMATA & PROBLEMATA MATHEMATICA
unà cum
SUCCINCTA HISTORIA GEOGRAPHICA
Rerum tum Profanarum, tum Ecclesiasticarum.

Sumptibus LOCHNERI & MAYERI Bibliopol. Norimb.
Anno 1739.

LIBER QUARTUS.


Wirceburgi, Typis Joannis Jacobi Christophori Kleyer, Univers. Typogr.

# LIBER QUARTUS SPECIALIS GEOGRAPHIÆ POLITICÆ

## IN DUAS PARTES DIVISÆ.

Prima Pars continet Statum Politicum Sacri Romano-Germanici Imperii cum Capite Imperatore Augustissimo, & Membris tum Ecclesiasticis tum Sæcularibus, eorumque Jura, Dominia, Ditiones, Limites: Urbes Imperiales & Hanseaticas, Metropoles, Munimenta, Urbes & Oppida.

Secunda Pars continet Hierarchiam Sacri Imperii Romano-Pontificii, Generalem & Primitivum Ecclesiæ Christi Statum: Statum modernum & specialem Romanum Politco-Ecclesiasticum: Modernum Ecclesiæ totius Statum Hierarchicum in toto Terrarum orbe.



# LIBER IV.

## GEOGRAPHIÆ SPECIALIS POLITICÆ.

## PROŒMIUM.

MEntio quidem aliqua ſuperiùs de Germania L. 3. ſuo loco facta eſt, quia verò ratione Imperii Romano - Germanici eminentem gerit Titulum, ſpeciali eam Geographiæ parte complectimur: non quidem priſcam illam, qualem *Tacitus* & *Mela* Romanus, aliique veteres minùs dignè deſcripſerunt, vel ideò (ut *Fournerius* arbitratur) quia nulla omninò in orbe Gens exſtitit, quæ olim conſtantiùs Romanos de ſuis finibus expulerit, vel quia nulla alia Romano Gentilium adhuc Imperatorum Imperio majora intulerit detrimenta; ſed eam tantùm Imperii Romano - Germanici formam, quam CAROLUS Magnus circa annum Chriſti 800. ſucceſſu rerum feliciſſimo induxit. Sedebat eo tempore in Cathedra Principe Apoſtolica LEO III. Summus Pontifex, qui per nefariam per-

*Imperium Romano-Germanicum*

*A CAROLO Magno.*

ditorum hominum factionem, oculis & lingua mutilatus fuerat: ac quamvis grandi miraculo, neque minore beneficio Dominus oculos atque linguam Vicario ſuo reddidiſſet, nihilominùs atrocitate ſceleris permotus CAROLUS ad juſtam ultionem exarſit, & Romam feſtinavit, ubi Pontifex ipſo Natalis Dominicæ die ad CAROLUM nec opinantem accedens, in præſentia Principum Eccleſiaſticorum & Sæcularium, ac totius Romani Senatûs, Capiti ejus Coronam Imperialem impoſuit, & Romanorum Imperatorem ſalutavit, plaudente & acclamante Populo Romano: *CAROLO Auguſto, à Deo coronato, Magno, Pacifico Imperatori vita & victoria.* Interea CAROLI M. Gladius per denſiſſimas tum temporis Germaniæ ſylvas viam ſibi aperuit in totam latè Saxoniam, & quos repetitis præliis ſuperârat, Chriſto ſubjecit, ſubmittente ejus Vicario Sanctiſſimos Viros, *Bonifacium, Wihonem, Hildegrinum, Lugderum*, aliosque qui Gentem Germanam Chriſti luce ſuffunderent, quod adeò feliciter Divinis auſpiciis ſucceſſit, ut brevi depoſitis rugis, nova Germaniæ facies appareret, tum ſanctitate morum, tum bonarum artium ſtudiis, tum Romano-Germanici Imperii novo decore & miro incremento. Fundatis ab eodem pluribus Epiſcopatibus ac cœnobiis ampliſſimis, urbibus etiam unà cum Politiis & Academiis mirificè excultis. Stetit in Imperio CAROLI M. poſteritas usque ad annum 911. donec *Ludovici* IV. morte deficeret. Exindè Imperium tenuerunt *Conradus* I. Franconiæ Dux, poſtea *Henricus Auceps*, ejusque poſteri *Ottones* Saxonici: poſt *Ottones Henricus* S. Bavarus Anno C. 1002. Cui usque ad Annum C. 1257. ex ſtirpe Franconica, Suevica, aliisque familiis varii Succeſſores ſuffecti ſunt, diſſidentibus inter ſe Electoribus, donec diutinum interregnum *Gregorius* X. Pontifex indictis comitiis tolli curavit. Tum verò Juſtitia, pietate, ac bellicis artibus inclytus *Rudolphus* Comes Habſpurgicus in Imperatorem electus eſt An. C. 1273. Dum imperaret, Auſtriorum Fami-

*Per LEONEM III. Coronato.*

*Reſtauratum.*

*Per Francones, Saxones, Bavaros, Suevos.*

Familia extincta eſt, nullóque remanente ex ea ſuperſtite, *Albertum* Filium ſuum Ducatu Auſtriæ inſignivit, qui Romanorum Rex ſalutatus An. C. 1291. *Rudolpho* Parenti in Imperium ſucceſſit. Per Varias deinceps Familias Imperium ambulavit usque ad An. C. 1438. quo *Albertus* II. Auſtriacus Imperium electione, Regnáque Bohemiæ & & Hungariæ, *Sigiſmundi* Soceri ſui morte obtinuit: ab eo usque ad hæc tempora noſtra penès Auſtriacos manſit Imperium, ita ut per tria jam ſæcula abſoluta, continua ſucceſſione Soli Auſtriaci, Imperium Romano-Germanicum, in *CAROLO* VI. glorioſiſſimè nunc imperante, feliciſſimè continuârint. Prout ſeries Imperatorum à CAROLO M. & ſequentibus proximè exhibebit. Variantibus licet hinc inde Authoribus, ubi advertes aliqua præteriri à quibusdam, quæ recenſentur ab aliis; alia ad annos diverſos referri; probari ab uno quædam, & in laudem dari Principi, quæ partium ſtudio, crimini alter & ignaviæ vertat: pugnantia aliquando etiam, ab iisdem dici invenies; ſed è quibus ea, quæ magis explorata, & communiori probatorum Authorum judicio conformia magis videbantur, ſelegimus, ſcriptoribus à margine poſitis, qui fuſiùs ea, quæ hìc ſuccincta narratione expreſſimus, in libris ſuis citatis proſequuntur,

*Denique per Auſtriacos conſervatum.*



# CAPUT I.
# Sacri Romano-Germanici Imperii
# STATUS POLITICUS IN CAPITE ET MEMBRIS.

*Caput Membra.* HIc potissimùm consistit in supremo ejus capite Imperatore Augustissimo, & membris sive Principibus Imperii tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus, Electoribus, Archi-Episcopis, Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Palatinis, Landgraviis, Marchionibus, Principibus, Comitibus, Immediata Nobilitate Imperii.

*Regiones Civitates.* Eorumque Regionibus, Provinciis, Dominiis, ditionibus, Districtibus, urbibus Imperialibus & Hanseaticis, Metropolibus, Munimentis, Emporiis, Oppidis. Item conventibus Publicis, Tribunalibus, Legibus Imperii Fundamentalibus, quæ singula brevi compendio & quasi Tabellis Geographicis in conspectum dabimus, cum adjunctis Locorum insigniorum longitudine & latitudine Geographica, ut ea faciliùs & promptiùs in Mappis inveniantur.

*Leges Judicia.*

*Longitudo Latitudo.*

## §. I.
## Sacri Romano-Germanici Imperii Caput
## IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS.

HActenus in Politico Regimine major Dignitas non est usitata in toto orbe Terrarum, quàm Imperatoria, quæ

qnæ ſemper olim eminuit, hodieque eminet inter Reges Duces ac Principes. Ideoque ab ea incipimus ordinem Statuum totius Imperii Occidentalis Romano-Germanici.

## IMPERATORES AUGUSTISSIMI
# Imperii Romano - Germanici
## à CAROLO Magno
### Uſque ad
# CAROLUM VI.
## *Glorioſiſſimè modò Imperantem.*

POſt extinctum A. C. 476. in *Momyllo Auguſtulo* Occidentis Imperium, ac vexatam inde *Longobardorum* Regum tyrannide annis 324. Italiam, in *Carolo M.* feliciùs reſtauratur A. C. 800. Mox ab ipſo Orientis Imperatore *Nicephoro* concordiam petente confirmatur: ſic ſtatutis limitibus, ut, quod ultra Neapolim ſitum, penes Græcos, & Orientem: quod citra, penes Occidentis Imperium, perpetuo jure maneret. Ducto ex hinc uſu *Bicipitis Aquilæ*, de qua verſus: *Nauclerus in Chron. Gen. Joan. Palatius Lib. 2. Klock. de Ærar.*

*Picta Biceps Aquila hinc Occaſum, hinc reſpicit Ortum;*
*Alter ait noſtri eſt, Cæſaris alter erit.*

CAROLUS Magnus, à rerum geſtarum amplitudine dictus, Rex Francorum & Longobardorum A. C. 800. à *LEONE III.* Pontifice communi omnium plauſu coronam Imperatoriam Romæ accepit, glorioſiſſimus Imperii Occidentalis reſtaurator, prudentia, fortitudine & Sacrorum præcipuè cura & Religione, Theſauros ſic diviſit, ut liberis partem unam, duas Eccleſiæ relinqueret, fundatis 8. amplis Epiſcopatibus in Saxonia Inferiore, ac viginti tribus *Carion Chron. L. 3. Naucl. Gen. Kranzius Saxon. L. 1.*

tribus Cœnobiis: item Academiis publicis Parisiis, Bononiæ, Paviæ, literarum multus amator, literatus ipse. Tandem plenus ætatis & meritorum lenta febri extinguitur Aquisgrani A. C. 814. Æt. 72. Imperii 14. Symbolum: *Christus regnat, Christus vincit, Christus triumphat.*

*Baronius ad A. 805. Wimphelius rer. Germ.*

LUDOVICUS I. Pius, in plurimis non minori ac Parens *Carolus* affectu, 29. Ecclesias & plura Religiosorum cœnobia fundavit: diviso tandem suis tribus filiis, Lothario, Ludovico, & Carolo calvo, Imperio, piè obiit in Insulâ Rheni propè Moguntiam A. C. 840. Æt. 62. Imperii 26. Symbolum: *Omnium rerum vicissitudo.*

*Iidem prædicti & Reusner.*

LOTHARIUS I. *Ludovici* filius, Romæ coronatus post bella cum fratribus Imperium Romano-Germanicum sibi vendicavit, ut verò sibi & pietati impensiùs vacaret in *Prumiense* cœnobium à se institutum concessit, divisóque rursus Imperio inter suos filios *Ludovicum*, *Lotharium*, & *Carolum*, vivere desiit A. C. 855. Æt. 60. Imperii 15. Symbolum: *ubi mel, ibi fel.*

*Bæclerus sæc. 9. Reusnerus.*

LUDOVICUS II. *Lotharii* filius. Princeps pius & misericors, Justitiæ deditus, simplicitate purus, Ecclesiarum defensor & pupillorum Pater dictus, Mediolani obiit, nullo Hærede relicto A. C. 874. Æt. 53. Imperii 20. Symbolum: *Par sit fortuna labori.*

*Baronius ad A. 876. Wymphel. rer. Germ.*

CAROLUS II. Calvus, *Ludovici* I. filius, Romæ coronatus à *Joanne VIII.* Pont. literatorum sui temporis Mæcenas, auctâ plurimùm re Divina & Monasteriis multis conditis, *Mantuæ* ex veneno per Hebræum Medicum propinato extinguitur A. C. 877. Æt. 55. Imperii 2. Symbolum: *Justitiam injustitia parit.*

*Carion in Chron. L. 3. & Palatius L. 6.*

LUDOVICUS III. Balbus *Caroli* Calvi filius, *Trecis* Trojes in Gallia coronatus à *Joanne* VIII. Pont. sed ostensus potiùs, quàm datus Imperio, pacatis jam rebus & Pontifici urbi restituto, *Compendii* moritur A. C. 879. ætatis 35. Imperii 1. & aliquot mensibus. Symbolum: *Nemo places omnibus.*

CARO-

CAROLUS III. Craſſus, Ludovici I. filius, unitâ rurſum, quæ regnis poſt *Carolum M.* diviſis jam imbecillior erat, Imperii Romano-Germanici potentiâ, *Triburii* in conventu Principum abdicavit Imperium & paulò poſt ſine liberis deceſſit A. C. 888. Imperii 7. Symbolum: *Os garrulum intricat omnia.* *Palatius L. 7. Carion in Chron.*

ARNOLPHUS, Carolomanni filius. *Carolo* III. ſuffectus, *Normannis* cæſis & *Guidone* coronâ Italiæ inſolenti in ordinem redacto, dum arci *Camerinæ*, in quam ſe uxor ejus receperat, copias admoveret, aſtu fœminæ venenum hauſit; à cujus ſenſu Germaniam cum exercitu repetens *Oetingæ* moritur A. C. 899. Imperii 12. Symbolum: *Facilis deſcenſus averni.* *Annal. Fuldenſ. Carion in Chron.*

## *Intermedii Itali.*

*Guido* Imperavit Annis 8. *Baronius ab An. 892. ad An. 924.*
*Ludovicus* filius *Boſonis* Annis 4.
*Lampertus* Annis 7.
*Berengarius* Annis 9.

LUDOVICUS IV. Arnulphi filius, adhuc Minorennis ſub Tutoribus *Hattone* Archi-Epiſcopo Moguntino, & *Ottone* Duce Saxoniæ ſuſceptum Imperium brevi vita finiit A. C. 912. ætatis 18. Ratisbonæ juxta Patrem ſepultus, & ſecum ſimul *Caroli M.* ſtirpem ab Imperio ſuccidit. Symbolum: *Multorum manus, paucorum conſilium.* *Sigebertus apud Caivinſium.*

CONRADUS I. Francorum & Haſſiæ Dux, Aquisgrani coronatus. Princeps egregius prudentiâ & manu æquè validus, aliiſque virtutibus inſignis, potentiſſimos Germaniæ Duces, ac pro Imperio æmulos ſine cædibus flexit, & An. 7. Imperii, glorioſâ reſignatione, Hoſti ſuo *Henrico* Duci Saxoniæ inſignia Imperialia tradidit. Moritur *Quedlinburgi*, ſed in Fuldenſi Cœnobio ſepelitur A. C. 919. Symbolum: *Fortuna cum blanditur fallit.* *Herzius Bibl. Germ.*

HENRICUS I. Auceps, Saxoniæ Dux, præter Hungaros domitos, plurium aliorum hoſtium Victor, pacatâ Ger- *Aventinus L. 4.*

*Kranzius L.3. Palatius L. 11.*

Germaniâ, *Pater Patriæ* ab exercitu compellatus, conditis multis urbibus & Ecclesiis, aliisque præclaris belli & pacis artibus institutis de Imperio bene meritus, dum de itinere in Italiam cogitat, apoplexiâ correptus decessit magno subditorum luctu *Himmelunæ* Castello Saxoniæ A. C. 936. æt. 60. Imperii 17. Symbolum: *Piger ad pœnas, ad præmia velox.*

*Kranzius L. 3. & 4. Hermes in Fasc. Juris. Carion l. 3. Herzius Bibl. Germ.*

OTTO I. Magnus, *Henrici I.* filius, Aquisgrani, & dein Romæ à *Joanne XII.* Pont. Imperii coronam accepit, & Primus à *Carolo M.* Romanorum Imperium à lapsu erexit iterum, Europamque omnem Augustâ potentiâ suâ pacatam reddidit, Episcopales Ecclesias fundavit, *Havelburgensem*, *Altenburgensem*, *Ceizensem*, *Merseburgensem*, *Naumburgensem*, *Misnensem*, *Brandeburgensem*, & *Magdeburgensem* Archi-Episcopatum. Tandem ex fracta jam ætate supremum vitæ tempus persentiscens, indicto *Quedlinburgi* Imperii conventu, præsentibus Imperatoris Græcorum, Romanæ Urbis, aliorumque Italiæ Principum, Regulorum Africæ, Hungarorum, Danorum, Bulgarorum, Slavorumque Legatis, & Poloniæ ac Bohemiæ Ducibus, ultimùm Imperii rebus in posteris etiam prospexit. Conventu dissoluto *Memlebiam* in Thuringiæ Cœnobium translatus, placidissimè vitam clausit A. C. 973. Imperii 37. Symbolum: *Aut mors, aut vita decora.*

*Aventinus, Kranzius apud Hermet.*

OTTO II. *Ottonis I.* filius, Romæ coronatus, par futurus, si per ætatem licuisset, Magno Parenti Imperator, post Comitia Veronæ habita, in spe ætatis, extinguitur A. C. 983. æt. 29. Imperii 10. Symbolum: *Cum hominibus pacem, cum vitiis bellum.*

*Sigonius L. 7. Ditmarus apud Calvisium.*

OTTO III. *Ottonis II.* filius, adhuc Minorennis, sub Administratoribus Imperii *Willigiso* Archi-Episcopo Moguntino, & Archi-Episcopo Coloniensi, Aquisgrani coronatus, Majorennis bellica virtute Avo quidem inferior, Religione verò ac pietate & Patre, & Avo multò superior; sed præmaturè Chirothecis venenatis à Vidua *Crescentii*

Roma-

Romani Consulis An. 1002. æt. 30, Imperii 18. infectus sine liberis decessit. Symbolum: *Unita virtus valet.*

HENRICUS II. Sanctus, Saxonici sanguinis Princeps Dux Bavariæ, à *Willigiso* Archi-Episcopo Moguntino Aquisgrani coronatus, deinde Romæ à *Benedicto VIII.* Pont. rebus Imperii prosperè confectis gloriosus, & mille ferè Ecclesiis, partim exstructis, partim dotatis celebris, à pietate, & sacris ordinationibus, ac vita sancta *Sancti* nomen consecutus, castus in conjugio cum S. Virgine *Cunegunde*, quam moriturus Abbatibus, Episcopis, & cognatis præsentibus illibatam, Virgo Ipse, restituit, piissimè decessit *Bambergæ* A. C. 1024. æt. 55. Imperii 22. ibidem in Ecclesia Cathedrali à se exstructa sepultus, multis post mortem prodigiis clarus, unà cum Augustâ conjuge in Album Sanctorum relatus est ab *Eugenio III.* Pont. A. C. 1152. Morte sua Saxonicæ stirpi Imperatoriæ finem fecit. Symbolum: *Ne quid nimis.*

*Carion in Chron. l. 3. Herzius Bibl. Germ Petr. Damiani, Surius, Viterbiensis.*

CONRADUS II. Salicus, Hermanni Franconiæ Ducis filius, à S. *Burckardo* piè institutus, primò Aquisgrani à *Pilegrino* Archi-Episcopo Coloniensi, deinde ab Archi-Episcopo Mediolanensi, denique Romæ â *Joanne XX.* Pont. coronam Imperialem accepit. Tandem rebus prosperè gestis *Trajecti* subito morbo correptus piè decessit A. C. 1039. Imperii 14. Spiræ in Ecclesia Cathedrali à se ædificata sepultus. Symbolum: *Omnium mores, tuos inprimis observa.*

*Otto Frising. Leo ostiensis L. 2. Herzius, Wymphelius.*

HENRICUS III. Niger, *Conradi II.* filius, adhuc Minorennis Aquisgrani ab Archi-Episcopo Coloniensi, deinde à *Clemente II.* Pont. Romæ coronatus, multæ pietatis Imperator, nunquam purpuram & regalia insignia assumere solitus, nisi expiatâ per confessionem peccatorum conscientiâ, & verberatione spontanea in satisfactionem susceptâ, *Bordfeldiæ* ad Herciniam sylvam moritur A. C. 1056. æt. 39. Imperii 17. Symbolum: *Qui litem auffert, execrationem in benedictionem mutat.*

*Nauclerus in Chron. Gen. Palatius L. 18.*

*Wymphelius Epit rer. Germ. Nauclerus in Chron. Gen. Baronius.*

HENRICUS IV. Senex, *Henrici III.* filius, adhuc Minorennis ſub tutelâ *S. Annonis* Archi-Epiſcopi Colonienſis Aquisgrani coronatus: Majorennis Dux ſtrenuiſſimus, ut qui bis & ſexagies ſignis collatis pugnavit, M *Marcellum* & *Julium Cæſarem* ſupergreſſus, poſt multas cum *Gregorio VII.* Pont tricas, vitam bellis impenſam concluſit *Leodii* A. C. 1106. æt. 56. Imperii 50. Spiræ ſepultus poſteà Ratisbonam translatus. Symbolum: *Multi multa ſciunt, ſe autem nemo.*

*Abbas Urſperg. Palatius l. 18. Baronius.*

HENRICUS V. Junior, *Henrici IV.* filius, Princeps Bellicoſus, à *Paſchali II.* quidem coronatus, poſt multas tamen cum eodem diſſenſiones, Trajecti morbo correptus ſine prole obiit A. C. 1125. æt. 44. Imperii 15. Spiræ Majorum ſepulchro illatus ultimus Franconicæ ſtirpis Imperator. Symbolum: *Mortem appetere malum, timere pejus.*

*Palatius l. 30. Herzius Bibl. Germ. Carion in Chron Petz Diaconus.*

LOTHARIUS II. Saxo Querfurtenſis, primò Aquisgrani, deinde Romæ ab *Innocentio I.* coronatus, Princeps Legum & Juſtitiæ fortis aſſertor; & inter alios de Eccleſia optimè meritus. Tandem rebus magnis totâ Italia piè ac præclarè geſtis cum exercitu Germaniam repetens, ſenio magis, quàm morbo confectus obiit propè Tridentum A. C. 1138. ætatis propè centenariæ, Imperii 12. Symbolum: *Audi & alteram partem.*

*Otto Friſing. Nauclerus Baronius.*

CONRADUS III Sueviæ Dux, *Confluentiæ* ad Rhenum electus & Aquisgrani coronatus, compoſitis factionibus Guelphorum & Gibellinorum, à proprio Medico, ad id conducto, propinato veneno enectus Bambergæ moritur A. C. 1152. æt. 58. Imperii 14. Symbolum: *Pauca cum aliis, tecum multa.*

*Carion in Chron. Palatius L. 22. Wymphelius Epit. rer. Germ.*

FRIDERICUS I. Barbaroſſa, Sueviæ Dux, *Conradi III.* Nepos ex Fratre, *Francofurti* Electus, Aquisgrani coronatus, deinde etiam Romæ ab *Hadriano IV.* Pont. reliquas Italiæ turbas compeſcuit, & dein cum *Alexandro III.* Pont. ultrò concordiam amplexus eſt *Venetiis*, ubi cruce

arreptâ,

arreptâ, omnem, qua eminebat, belli virtutem in Christi hostes convertit, & transmisso Bosphoro, in Asiam transiit, ubi *Melichum Saladini* filium, ejusque trecentorum millium exercitum internecione delevit, S. Gregorio candidam Legionem ducente adjutus; in ipsis verò Christi castris, ut communior est opinio, ab æstu diei fatigatus Cæsar, tentato amne frigidiore, ex subitâ membrorum alteratione obriguit A. C. 1190. æt. 69. Imperii 38. *Antiochiæ* sepultus. Symbolum: *Qui nescit dissimulare, nescit regnare.*

HENRICUS VI. Asper, Sueviæ Dux, *Friderici I.* filius sacram Patris expeditionem prosecutus, primo in Palestinam aditu, Saracenos ingenti numero profligat, majora ausurus, nisi allatus de morte *Henrici* (vel veneno, vel frigidâ à venationis calore intempestivè haustâ) nuncius Exercitum dissipâsset, obiit Messinæ in Sicilia. A. C. 1198. æt. 32. Imperii 7. Symbolum: *Qui nescit tacere, nescit loqui.* *Herzius, Nauclerus.*

PHILIPPUS II. Frater *Henrici VI.* postremus, contra *Ottonem* Saxonem Aquisgrani coronatus, paulò post privatas ob simultates ab *Ottone Wittelspachio* Juniore lecto decumbens perimitur *Bambergæ* A. C. 1208. Imperii 10. Spiram ad Monumenta Cæsarum translatus. Symbolum: *Satius recurrere, quàm malè currere.* *Carion in Cron. Herzius Bibl. Germ.*

OTTO IV. Dux Saxoniæ, jam electus & coronatus Aquisgrani, *Philippo II.* successit, dein ferream *Mediolani*, demùm Augustalem Romæ ab *Innocentio III.* Pontifice coronam accepit. Reversus in Flandriam cum *Philippo II.* Rege Franciæ bellum dubiâ diu, sed tandem inclinante victoria, in Saxoniam se privatus recepit. Tandem Brunswici, ubi dimissis Imperii curis, ætatem reliquam finiit A. C. 1218. Imperii 10. Symbolum: *Anser strepit inter olores.* *Nauclerus in Chron. Gen. & Carion & Herzius Bibl. Germ.*

FRIDERICUS II. *Henrici VI.* filius primò Aquisgrani, dein *Romæ* ab *Honorio III.* Pontifice coronatus, cum eodem, & *Gregorio IX.* ac *Innocentio IV.* multas dissensiones *Palatius L. 26. Calvisius, Raynaldus.*

habuit Bellicosus Imperator, fugatis Barbaris & Saracenis, multisque urbibus in Palæstina, ac *Hierosolyma* etiam expugnata, diadema Regni ibidem obtinuit. Tandem *Guelphorum*, aliorumque conjuratorum clandestinis insidiis superior, in Florentino quodam *Apuliæ* castro febri extinctus A. C. 1250. æt. 55. Imperii 38. Academiæ Viennensis Fundator. Symbolum: *Minarum strepitus*, *Asinorum crepitus.*

*Palatius L. 26. Nauclerus in Chron. Gen.*

CONRADUS IV. *Friderici II.* filius, dum Italiam ab invasoribus vendicaret, veneno perfidè propinato extinguitur A. C. 1254. æt. 26. Imperii 4. Symbolum: *Sapientis est, cùm optimè possit, nolle nocere.*

*Carion in Chron. Nauclerus.*

GUILIELMUS, Mardonius, Comes Hollandiæ, vivente adhuc *Friderico*, ejusque filio *Conrado*, coronatus Aquisgrani, privatis intra Flandriam & Hollandiam bellis fortiter confectis, ex insidiis apud Frisios per tumultum sublatus est A. C. 1256. ætatis 27. Imperii 7.

Plures passim à *Friderico II.* ad *Rudolphum I.* Germaniæ Reges recensent Authores, sed illi vel à partibus tantùm electi; vel si electi, Nomen solùm sine corona, nec diu illud sustinuerunt. Sic HENRICUS Thuringius non coronatus, post annum assumpti regii Nominis à Conrado *Friderici* filio confectus est. Sic RICHARDUS Anglus, Electorum 3. suffragiis evocatus, & Aquisgrani quidem coronatus, mox tamen profusis frustra largitionibus, in Angliam contemptus rediit. Sic ALPHONSUS X. Legionis & Castellæ Rex *Richardo* oppositus, sed turbantibus in Hispania Mauris, Germaniam nunquam contigit. Quin & duo hìc appositi, *Conradus* & *Guilielmus* ab aliquibus omittuntur.

Quare circa hoc tempus, spatio 23. annorum, Legitimo Imperatore caruit Imperium, Germanis Principibus inter se diffidentibus, donec tandem unanimiter conspirarent in *Rudolphum* Comitem Habspurgicum, Magnanimum

mum & fortem, Burgundorum & Helvetorum decies quater victorem gloriosum, Imperio Imperatorem deposcendum.

RUDOLPHUS I. Habspurgicus, Augustissimæ Austriadum Domûs hodiedum gloriosissimè Imperantis Patriarcha & Conditor, Pius æquè ac Magnanimus Imperator *Francofurti* electus & Aquisgrani coronatus A. C. 1273 ubi, dum de more Proceres Sacramentum dicturi accederent, & sceptrum ad manum non esset, arreptâ cruce, ait: *Hoc signum, in quo Genus humanum & Nos redempti sumus; hoc ego sceptro in omnes mihi & Imperio infidos utar.* Amplissima Cœnobia, partim fundavit, partim restauravit & proventibus auxit; fluctuantis Imperii pacificator omnibus charus, inter belli difficultates & æstus, non sibi sed exercitui, sitiens; Princeps verè publicus, omnibus ad se aditum patere volens, & quem severum aliquando, non placabilem fuisse pœnituit. Tandem rebus Germaniæ & Familiâ ordinata, & senio accrescente *Spiram* ad Prædecessores suos Cæsares deportari petiit, *Germersheimii* piè defunctus A. C. 1291. æt. 74 Imperii 18. Symbolum: *Meliùs bene imperare, quàm Imperium ampliare.*

*Palatius L. 28. Gerardus de Roo l. 1. Æn. Sylv. l. 2. comment. Lipsius monit. Polit.*

## *Intermedius.*

ADOLPHUS, Nassovius, Imperio sublectus & initiatus Aquisgrani, manu æmuli *Alberti* saucius in ipsa decretoria acie vitam cum Imperio posuit A. C. 1298. Imperii 6. Symbolum. *Festina lentè.*

*Trithemius, Nauclerus, Wymphel. de Roo.*

ALBERTUS I. Austriacus, *Rudolphi* filius Aquisgrani coronatus, Triumphator à bellorum gloria in Bavaros, Batavos, Bohemos, Hungaros, Helvetos, semper victor, compellatus, dum viveret tria hominum genera, pudicas fœminas, devotum Clerum, & strenuos milites impensiùs coluit. Tandem à *Joanne* Nepote ex Fratre per sicarios

*Palatius l. 31. Carion in Chron. de Roo.*

perfidè trucidatus A: C. 1308. Imperii 10. Symbolum: *Quod optimum, idem jucundissimum.*

*Villanus l. 8. & 9. Naucleaus Palatius L. 32.*

HENRICUS VII. Lucenburgicus, Aquisgrani coronatus, deinde victis *Quelphæ* factionis potentissimis, *Romæ* coronam accepit; sed à malevolis occultis in Pane Vitæ, speciebus sacris veneno imbutis, mortem sumpsit *Bonconventi* A. C. 1313. æt. 51. Imperii 4. Symbolum: *Calix vitæ, Calix mortis.*

*Cuspinian. apud Gerardum de Roo. Herzius part. 3.*

FRIDERICUS II. Austriacus, *Alberti I.* Filius, coronam Imperii contra *Ludovicum* Bavarum *Bonnæ* accepit, sed ab eodem in prælio captus, & post triennium dimissus, ætatem reliquam citra bellicos motus in quiete egit, paribus, donec vixit, auspiciis Imperatorio Nomine & potestate usus, vitam in arce Austriacâ *Guttenstein* piè conclusit A.C. 1330. Imperii 16. Symbolum: *Morte beatâ nihil beatius.*

## *Intermedii non Austriaci.*

*Palatius l. 24. Aventinus, Herzius.*

LUDOVICUS V. Bavarus, à morte *Henrici VII.* post menses ferè 14. Aquisgrani coronatus, dein *Mediolani*, denique *Romæ*. Tandem reversus in Germaniam cum exercitu, æmulum invenit *Carolum IV.* Bohemum, accepto, ùt creditur, veneno, dum à venatione remedium quærit, ab urso occursante equo excussus, gravi corporis collisione propè *Monachium* extinguitur A. C. 1347. æt. 60. Imperii 33. Symbolum: *Sola bona, quæ honesta.*

*Nauclerus. Palatius l 34. Herzius Bibl Germ.*

CAROLUS IV. Bohemus ex Familia Lucenburgica *Henrici VII.* Nepos. *Bonnæ* primùm coronatus, dein *Mediolani*, denique *Romæ*. Princeps ingenio, doctrinâ, & linguarum peritia excellens, fundata *Pragensi* Academia & condita *Aurea Bulla* celeberrimus. Tandem *Pragâ* ornata & ampliata, dum *Wenceslaum* Filium degenerem instituisset ex febri vivere desiit A. C. 1378. æt. 62. Imperii 32. Symbolum: *Optimum alienâ insaniâ frui.*

WEN-

WENCESLAUS, Ignavus, *Caroli IV.* Filius, Imperio abrogatus, apoplexia tandem ex consternatione correptus, cum prandenti nunciatum esset, *Hussitas* seditionem Pragæ movisse, & jam obtruncato senatu ad arcem invadendam accurrere, obiit A. C. 1419. æt. 51. Imperii 21. Symbolum: *Morosophi moriones pessimi.* *Palatius l. 35. Brictius.*

Tempore *Wenceslai* abdicati ante *Rupertum* Electus quidem est *Jodocus* Moraviæ Marchio, sed qui nihil memoratu dignum cùm gessisset, post menses ab Electione 6. octogenarius obiit, idcirco à paucissimis Imperatorum Catalogo insertus.

Præter hunc Reges quaterni alii fuêre, quorum tres *Ludovico* Bavaro jam defuncto suffecti, unus *Wenceslao*, sed quia nomine magis, quàm gesto Imperio noti, in reliquorum serie à plerisque non accensentur. 1. EDUARDUS III. Angliæ Rex, gloria rerum contra Francos gestarum insignis, sed qui rerum suarum satagens, delatum recusavit Imperium. 2. FRIDERICUS Severus, Misniæ Marchio, & Thuringiæ Landgravius; sed cui auro oblato abnuere persuasit *Carolus* Bohemiæ Rex. 3. GUNTHERUS Schwartzburgicus, sed hic ex propinato in mortem lentam veneno, jam dignitati tuendæ inidoneus, acceptâ itidem pecuniæ Summâ, Imperio mox & vitâ decessit. 4. Denique FRIDERICUS Brunswicensis in *Wenceslai* locum assumptus, dum Electione *Francofurti* peracta, Ditionem suam compositurus revertitur, ex insidiis per viam occubuit, paucorum dierum Imperator. Atque sic *Wenceslao* adhuc superstiti suffectus est *Rupertus.* *Nauclerus Chron. Gen. Brietius, Brietius. Palatius. Herzius. De Linda & alii.*

RUPERTUS, Palatinus, *Wenceslao* adhuc superstite, coronatus *Coloniæ*, Germaniam, tot propemodum Europa bellis conflagrante, illæsam servavit, Princeps armis promptus & exercitatus, ingenio acri, majestatis Imperii & reipublicæ perquàm studiosus, obiit *Oppenhemii* A. C. 1410. Imperii 10. Symbolum: *Misera res digna est misericordia.* *Herzius Bibl. Germ. Wymphel Epit. rer. Ger. Petavius rat. temp.*

SIGISMUNDUS, *Wenceslai* Frater, defuncto *Ruperto* se- *Palatius l. 37.*

*Æneas Sylvius Hist. Boh. Petavius, de Roo.*

ſe ipſum nominavit, & approbantibus Imperii Electoribus coronam ſuſcepit primùm *Aquisgrani*, dein *Mediolani*, demum *Romæ*. Denique Romanæ Eccleſiæ in Concilio *Conſtantienſi* Protector & Bohemiæ reſtaurator, fractis Huſſitis, & Duce Sectariorum Joanne *Ziska* ſublato; *Alberto* verò Auſtriaco Genero ſuo ſibi ſubſtituto, piâ & Catholica, ut vixit, morte vitam clauſit *Znoymæ* A. C. 1437. Æt. 70. Imperii 27. Symbolum: *Sic cedunt munera fatis.*

## Sequuntur Imperatores Auſtriaci.

*Brietius ad A. C. 1440.*

Non interrupta ſerie, idque, ùt ait ſcriptor Gallicus, magno Eccleſiæ bono; pietatis ſine dubio præmium & Religionis, quæ huic familiæ ſemper innatæ fuerunt.

*De Roo l. 5. Petavius l. 9. Herzius Bibl. Germ.*

ALBERTUS II. Honorificus, Auſtriacus, *Thaboritis* domitis & *Amurathe* Turcarum Tyranno terræ finibus ejecto, aliisque rebus glorioſè geſtis, & ampliſſima apud omnes gerendorum fiducia, biennio Imperii Decades æquavit annorum. Dum in Auſtriam contendit, & peponum eſu ſe incaleſcentem refrigerat, morbo tentari cepit quo opinione citiùs, propè *Poſſonium* Chriſtianis ſacris munitus, ingenti reipublicæ Chriſtianæ damno religioſiſſimè obiit A. C. 1439. Æt. 40. Symbolum: *Amicus optima vitæ poſſeſſio*

*Fugger ſpec. hon. Auſtr. Herzius Bibl. Germ. de Roo Nauclerus.*

FRIDERICUS IV. Pacificus, Auſtriacus. Ex profectione Hieroſolymitana reverſus, *Francofurti* electus, & *Aquisgrani*, deinde Romæ à *Nicolao* V. Pontifice coronatus, tandem bellis, quæ boni publici neceſſitate plerumque adductus ſuſceperat, multiplici cum hoſte, ſex & viginti compoſitis, ordinato Comitiis plusquàm duodenis Imperio, & pacata univerſa Germania, *Lincii* piè moritur A. C. 1493. Æt. 78. Imperii 53. Viennæ ſepultus. Symbolum: *Rerum irrecuperabilium felix oblivio.*

*Herzius Bibl. Germ.*

MAXIMILIANUS I. *Friderici* IV. Filius Integro ferè â nativitate novennio mutus, mox tamen non ſine prodi-

gio

gio linguis omnino ſeptem tam eleganter & diſertè locutus eſt, ut omnibus ferè populis ſine interprete jura diceret, & reſponſa cum ſtupore audientium redderet. *Aquisgrani* coronatus Imperator, Turcas, Bohemos, Batavos, Helvetos, aliosque victricibus ubique ſignis perculit, adeò ut vel teſte *Ludovico* XI. Galliarum Rege, *pulſante Belli Tympanum Maximiliano tota in armis rigeret Germania, & Gallia omnis contremiſceret.* Alter ætate ſua Auguſtus, nec minùs in colenda pace eximius: neminem majori amore, quàm Viros doctrinâ conſpicuos, complexus, & liberalitate proſecutus eſt: rerum à ſe geſtarum commentarios ipſe ſcripſit, & Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Viennenſis fundamenta jecit: Annis vitæ poſtremis, parato in Sarcophago, mortis ſecum memoriam ſemper circumtulit, donec in eodem repoſitus ſit *Welſii* & mox *Neoſtadii* in Auſtria ſepultus A. C. 1519. Æt. 60. Imperii 26. Symbolum: *Tene menſuram, & reſpice finem.*

*Vernulæus de Virt. Auſtr. Fugger ſpec. hon. Auſtr. de Roo.*

CAROLUS V. Auſtriacus, *Maximiliani* Nepos ex Patre Philippo, *Aquisgrani* primùm, deinde *Bononiæ à Clemente* VII. Pont. coronatus, Princeps magnæ fortunæ, ſed majoris virtutis & fortitudinis, utpote, qui felici ut plurimùm ſucceſſu tam multa, tamque difficilia bella confecit, quanta nullus ante ipſum Rex, aut Imperator geſſiſſet. Ubique, ſummi conſilii, vigilantiæ, celeritatis, & fortitudinis prodigium. Tandem abdicatis regnis & Imperio, poſt quadraginta Illuſtriores de hoſtibus in Europa victorias, 4. in Hiſpania, 8. in Italia, 6. in Germania, 9. in Belgio, 7. in Geldria & Julia. 2. in Bohemia & Dalmatia, 3. apud Allobroges, 1. contra Solimannum Turcarum Imperatorem, non amplius auſum pugnare, fortuna *Caroli* territum, præter *Tunetum & Carthaginem* in Africa captam, & ſubactos octodecim Reges in America, in medio victoriarum curſu Hiſpaniam petit, utque Deo totus vacaret, in Monaſterium *S. Juſti* conceſſit, ubi dies noctesque precibus intentus, & quotidie ſacra ſynaxi refectus, religioſè

*Vernulæus Epit. hiſt. HerziusBibl. Germ. Petavius ration. temp Turſellinus, ſpondanus. Brietius &c.*

poſt biennium obiit A. C. 1558. Æt. 58. Imperii 37. Symbolum: *Nulla victoria ſine clementia.*

*Orlandinus. Herzius Bibl. Germ. Vernulæus Virt. Auſtr. l. 3.*

FERDINANDUS I. Pius, Auſtriacus, *Caroli* V. Frater, electus *Coloniæ*, Coronatus *Aquisgrani*, virtutibus multis eximius, ſed præcipuè Religionis Catholicæ ſtudioſiſſimus Princeps, cujus auſpiciis multa Europæ parte receptum eſt Concilium *Tridentinum*: viris literatorum cultoribus, ſcientiisque maximè delectatus: natura ad Clementiam comparatus, omnis ordinis & fortunæ homines ad ſe ſine faſtu & faſtidio admittens, tandem vivere deſiit A. C. 1564. Æt. 60. Imperii 7. Symbolum: *Fiat Juſtitia, ne pereat Mundus.*

*Vernulæus Epit. hiſt. Fugger ſpec hom. Auſtr.*

MAXIMILIANUS II. Auſtriacus, *Ferdinandi* I. Filius, Auguſti Parentis ſui exemplo, ſemper viris eruditione præſtantibus plurimùm deferebat; non tam Aulam, quàm literatorum Academiam in Aula aluit: inter cæteras dotes omnigenis Scientiis, & accurata octo linguarum notitia imbutus, eruditorum exemplar: ad coronam Poloniæ, invitatus cum eſſet, deſiderari, quàm venire & accipere maluit. Valetudine diu afflicta uſus, tandem *Ratisbonæ* in ipſis comitiis, quaſi inter ordinum Imperii complexus, optimè de republica Chriſtiana meritam animam creatori reddidit A. C. 1576. Æt. 49. Imperii 12. Symbolum: *Dominus providebit.*

*Lipſius in comment. ad Tacitum Herzius Bibl. Grrm. Vernulæus rut. Auſtr.*

RUDOLPHUS II Auſtriacus, *Maximiliani* II. Filius. Imperator inter pacem & bellum medius, Germaniam, ſi quid ibi in Religionis cauſa, aliisque diſſidiis turbatum eſſet, authoritate interpoſita, concordem reddidit: Hungariam à Turcis incurſantibus magis inquietam victor pervaſit: ſemper cælebs, librorum, quàm liberorum amantior Princeps, literatorum ſui temporis Mæcenas incomparabilis: In omni diſciplina cultiſſimus, Mathematicis, aliisque ſcientiis, ac linguis inſtructus. Obiit *Pragæ* A.C. 1612. Æt. 60. Imperii 36. Symbolum: *Omnia ex voluntate Dei.*

MAT-

MATTHIAS I. Austriacus, *Maximiliani* II. Filius, *Rudolphi* II. Frater, Francofurti coronatus, toto Imperii septennio in id unum incumbere visus est, qua ratione firmam inter adversas Principum, sectarumque partes concordiam ac pacem sanciret: vigere justitiam ante omnia voluit; sed quam tanta benignitate temperavit, ut mitissimus passim Cæsar audiret, in pace mortuus Viennæ A. C. 1619 Æt. 62. Symbolum: *Amat victoria curas.*

*HerziusBibl. Germ. Vernulæus Epit. hist Spondanus.*

FERDINANDUS II. Nepos *Ferdinandi* I. ex *Carolo* ejus Filio, Coronatus *Francofurti*, Princeps omni virtute eximius, dictus sæculi prioris *David*, cui nec *Saules*, nec *Achitopheles*, sed nec *Numinis* par præsidium, & manifesta sæpè de cœlo auxilia defuêre. Siquidem Galliæ, Angliæ, Sueciæ & Daniæ Reges, Venetorum, Batavorum & Helvetiorum Respublicæ, Sabaudiæ & Transylvaniæ Principes, Saxonici circuli Dynastæ propè omnes, Bohemi rebelles, cuncta demum Protestantium in Imperio Optimatum, ac urbium arma, inito Parisiis fœdere, in *Ferdinandum* juraverant; sed cui inter id genus humana molimina, nihil unquam à Christiana constantia remittenti, unum semper præsidium, obfirmata in Deum fiducia fuit, quam ab ore pendentis è cruce Christi hausisse creditur. Tandem duobus à firmata in *Ferdinando* Filio successione mensibus, non bellis, sed cumulo victoriarum pientissimus Imperator succubuit A. C. 1637. Æt. 58. Imperii 17. Symbolum: *Legitimè certantibus.* Ad binas palmas Coronæ implicatas.

*Pallavicinus Lib. de Cæs. Lamormaini. Vernulæus. Herzius. Bussiers. Petavius.*

FERDINANDUS III. *Ferdinandi* II. Filius, ut Nominis & Imperii, sic Paternarum Virtutum successor dignissimus: inter reliquas optimi Cæsares dotes Sapientia plurimùm & pietas eluxêre, etiam inter arma cum hostibus exteris, & turbas Germaniæ intestinas. Tandem ne solus tam diu tantam belli molem Cæsar traheret, pace *Monasteriensi* composita, annisque adhuc novem in ordinando Imperio & Successione disponenda piè & sapienter actis, ad-

*Lamormaini de Virt. Ferd. Christoph. Ott. Lotichius. Spondanus.*

ad locum æternæ pacis religioſo obitu emigravit *Viennæ* A. C. 1657. Æt. 49 Imperii 20. Symbolum: *Pietate & Juſtitia.* Cum bilance, cujus lingua & manubrium Crucifixus.

*Chriſtoph. Ott. l. 4. hiſt Schönleben diſſert Polem*

FERDINANDUS IV. Ferdinandi III. Filius, in Romanorum Regem electus *Auguſtæ* Vindelicorum, & *Ratisbonæ* coronatus; ſed oſtenſus tantùm Imperio, dum in ſpem maximam Auguſtiſſimæ Domûs Auſtriacæ & Regnorum ſuccreſcere viſus, præmaturâ morte, ſi ætatem reſpicias; ſi verò innocentiſſimæ pietatis merita, non immaturè ereptus eſt, mutavitque in perenne & melius, non amiſit Imperium *Viennæ* A. C. 1654. ætatis 21. Symbolum: *Pro Deo & Populo.* Cum ſceptro oculato inter geminas palmas erecto.

*Rinckius in vit. Leopold. Wagenfels in Fama Eur. Schönleben. Buſſiers. Brietius. Wagner.*

LEOPOLDUS I. Ferdinandi III. Filius, IV. Frater *Francofurti* electus & coronatus, præclariſſimorum in terris Pace & Bello geſtorum gloria, virtutúmque incomparabilium meritis cumulatiſſimus Magni, imò Maximi Imperatoris Nomen æternum promeritus. Multa inter bella cum *Turcis*, & *Rege Galliæ* aliisque, Pacem Ryswicenſem aſſeruit, & molem Imperii fortiſſimus Atlas ſuſtinuit, potentiſſimorum hoſtium armis, perfidorum inſidiis, rebellium furoribus, veneno etiam, & iniquiſſimis in excidium Auſtriæ æmulorum conſiliis (Deo ſemper in ſalutem excubante) ſuperior. Quin & cum à morte *Caroli II.* Hiſpaniarum Regis novum totius fermè Europæ bellum exarſiſſet, continuatis in Hiſpania, Italia, Germania, ad Padum, Danubium, Rhenum, Moſam, Scaldim, Victoriis, in medio victoriarum curſu glorioſiſſimus, relictis duobus potentiſſimis Filiis, *Joſepho* Romanorum, *Carolo III.* Hiſpanorum Regibus, in cœleſtis & perpetuæ pacis Domicilium obitu placidiſſimo translatus *Viennæ* A. C. 1705. Æt. 65. Imperii 47. Symbolum: *Conſilio & induſtria* cum ſceptro oculato, & gladio orbem Terrarum coronatum ſuſtinente.

JOSE-

JOSEPHUS I. *Leopoldi I.* Filius, ut ad maxima quævis natus, ita & à teneris institutus fuit. Vivente adhuc Patre Rex Romanorum electus & coronatus *Augustæ* Vindelicorum, quanto ardore asserendæ salutis & libertatis publicæ flagraret, duplici obsidione & expugnatione munitissimæ civitatis Landaviensis non absque vitæ discrimine parta gloria demonstravit. Statim à morte Patris post felix prælium ad *Ramelies* in Brabantia, sese Augustissimo dedêre *Bruxellæ*, Antwerpia, Lovanium, Mechlinium, Gandavum, Bruggæ, Cortracum, Ostenda, Menena, Athum, Tornacum, Montes Hannoniæ, Augusta Taurinorum, Mediolanum, aliæque urbes in superiore Italia; ast in medio ætatis flore, maximorum operum successu ac triumphorum serie, totius Europæ luctu & stupore variolis obiit *Viennæ* A. C. 1711. Æt 33. Imperii 6. Symbolum: *Amore & timore.* Cum gladio oculato & Oliva implicito.

*Rinckius in vit. Jos. Brictius in continuat.*

CAROLUS VI. *Leopoldi I.* Filius, Frater *Josephi I.* dignissimus tanto Patre & Fratre successor, Francofurti coronatus, Magna rerum experientia inter prospera & adversa, cunctisque prærogativis & Donis excellentissimis, vel à natura vel institutione largissimè instructus *Carolorum* vestigia premens, tam pace quàm bello gloriosus, præcipuè contra Turcas sæpiùs cæsos, castris exutos, munimentis fortissimis *Temeswaria* & *Belgrado* profligatos, ad pacem Passarovicensem toti Christianæ Genti gloriosissimam & fructuosissimam compulit, Hungariâ tota, regno Serviæ & parte Bosniæ extraditâ. Ita ut nihil tantæ Imperatoris felicitati deesse videatur, quàm Hæres Paternarum virtutum, in quo & seris Nepotibus, à tot jam sæculis gloriosissimum Augustissimorum Austriadum stemma futuris sæculis continuatum, communi totius Imperii bono efflorescat, ad conformitatem Symboli: *Constantia & fortitudine.*

*Moderni Authores plures & Hungaricum Belli Theatr.*

# IMPERATORES AUSTRIACI.

*S. R. Imperii Reſtaurator.*

Atque ſic à *Carolo M.* Anno 800. usque ad modernum Imperatorem CAROLUM VI. numerantur Cæſares 57. (non accenſitis Quatuor Italis, & aliis ſeptem, qui ſeparatim pro notitia interpoſiti hìc ſunt, & à paucis tantùm Authoribus notantur) ut plurimùm Germani, è quibus ſola Domus Auſtriaca recenſet 16. Imperatores Auguſtiſſimos & Glorioſiſſimos ab An. 1273.

I. RUDOLPHUS I. Comes Habspurgicus.
II. ALBERTUS I. Dux Auſtriæ Fil. Rud.
III FRIDERICUS III. Dux Auſtriæ Fil. Alb.
IV. ALBERTUS II. Dux Auſtriæ.
V. FRIDERICUS IV. Archi-Dux Auſtriæ.
VI. MAXIMILIANUS I. Fil. Frid. IV.
VII. CAROLUS V. Archi-Dux & Rex Hiſpan.
VIII. FERDINANDUS I. Frater Caroli V.
IX. MAXIMILIANUS II. Fil. Ferd. I.
X. RUDOLPHUS II. Fil. Maximil. II.
XI. MATHIAS I. Frater Rudolphi II.
XII. FERDINANDUS II. Archi-Dux Auſtriæ.
XIII. FERDINANDUS III. Fil. Ferdinandi II.
XIV. LEOPOLDUS I. Fil. Ferdinandi III.
XV. JOSEPHUS I. Fil. Leopoldi I.
XVI. CAROLUS VI. Frater Joſephi I.
Modo Imperans Glorioſiſſime.

*S. R. Imperii Conſervatores.*

*Conſtitut. Greg. V. Bulla aurea Caroli IV.*

Hi omnes Auſtriaci per Legitimam Electionem ad hanc dignitatem Imperatoriam evecti, ſecundùm Conſtitutionem Gregorii V. Pontificis ſub Ottone III. ut tenet Hoſtienſis, Bellarminus, & alii cum Platina, Kranzio, Trithemio, Wymphelingio; aliorum tamen opinione inſtitutio iſthæc poſt Fridericii II. obitum refertur. Et poſtea à Carolo IV. per Bullam auream ſtabilitam. Primis autem antiquioribus tantùm ſeptem Electoribus, acceſſit Rex Bohemiæ

hemiæ Elector Quartus & nostro hoc ævo Dux Brunswico-Luneburgensis Elector Nonus, ita ut 3. sint Ecclesiastici, 6. Sæculares.

## §. II.
## ELECTORES IMPERATORIS.

*Elect. Tres Ecclesiastici.*

I. ARCHI-EPISCOPUS & ELECTOR Moguntinus Primus Ecclesiasticorum, Archi-Cancellarius per Germaniam, idemque Director Collegii Electoralis & Imperialis Archivi. Sedet in Electione ad dextram Imperatoris.

II. ARCHI-EPISCOPUS & ELECTOR Trevirensis, Archi-Cancellarius per Galliam, sedet contra faciem Imperatoris.

III. ARCHI-EPISCOPUS & ELECTOR Coloniensis, Archi-Cancellarius per Italiam, & Legatus Natus, sedet ad sinistram Imperatoris.

IV. REX BOHEMIÆ ELECTOR primus Sæcularium Archi-Pincerna Ertz-Schenck Imperii, post coronationem primum Scyphum porrigit Imperatori.

*Elect. Sex Sæculares.*

V. DUX BAVARIÆ ELECTOR Archi-Dapifer Imperii Ertz-Truchses portat in solenni Ingressu Cæsaris pomum Imperii inter Brandeburgicum & Palatinum. Vicarius Imperii in Bavaria & terris, quibus olim jus Franconicum in usu.

VI. DUX SAXONIÆ, ELECTOR Archi-Mareschallus Ertz-Marschall portat denudatum Imperii Gladium, Vicarius Imperii in Saxonia & terris, in quibus olim jus Saxonicum viguit.

VII. MARCHIO BRANDEBURGICUS, ELECTOR Archi-Camerarius, Ertz-Cämmerer portat sceptrum aureum Imperii.

VIII. PALATINUS ELECTOR, Archi-Thesaurarius Imperii, Ertz-Schatzmeister, portat coronam Imp. Vicarius Imp. contra prætensionem Ducis Bavariæ.

IX. DUX

IX. DUX BRUNSWICENSIS ELECTOR Ertz-Stallmeister An. 1692. cum investitura An. 1710. vexillum Imperii in coronatione portat. *Saxo* verò dum in bellum procedit Imperatori præfert.

*Coronatio Imperatoris.*

Electionem Imperatoris indicit Elector Mog. Collegii Electoralis Decanus, consecrat & coronat Electum (nunc Francofurti) si verò in alia urbe extra Diœcesin fiat alternat cum Coloniensi. Aquisgranum Instrumenta Coronationis defert: Thecam reliquiariam librum Evang. aureis literis. Gladium Caroli M. cum Baltheo. Norimberga Coronam auream Car. M. annulum, Sceptrum, Gladium, Albam cum Stola, Pluviale, Calceos &c.

## §. III.

## JURA IMPERATORIS ET SUMMA TRIBUNALIA LEGES.

## I. *Cæsar ut Imperator*

1. Creat Cæsar, ut Imperator, Comites, Marchiones, Landgravios, Principes, Duces, Archi-Duces.

*Imperator Supremus Judex Imperii.*

2. Creat Doctores in quavis Facultate per substitutos.
3. Distribuit Feuda Imperii, dat investituram Principibus Ecclesiasticis per Sceptrum, sæcularibus per Gladium.
4. Disponit de Statibus & Principatibus quoquomodo ad Imperium devolutis.
5. Confert insignia, dispensat in ætate, cum Illegitimis, aliisque defectibus politicis per Comites Palatinos, Notarios &c.
6. Concedit Facultatem cudendi Monetas, erigendi Academias, Telonia, Postas, nundinas, Commercia Terra Marique.
7. Habet Primas Preces in omnibus Ecclesiis Cathedralibus

dralibus & Collegiatis Imperii, poteſt nominare Perſonam pro Canonicatu.

8. Curat indici Comitia Imperialia cum conſilio Electorum, componit lites de præcedentia, aliásque controverſias inter Imperii Principes exortas.

*Ejus Jura Leges Tribunalia.*

9. Ordinat Dicaſteria ſive ſumma Tribunalia Imperii. Quale Aulicum Viennenſe ſive Kayſerliche Reichs-Hof-Rath-Gericht. Viennenſi vel ipſe Imperator, vel nomine ipſius alius Princeps, aut Comes S. R. I præſidet. Conſiliarii ordinariè ſunt: 12. Catholici: 6. Auguſtanæ Confeſſionis, præter alios utriusque religionis ſupernumerarios.

Camerale Wezlariæ ſive Hohes Cammer-Gericht. Wetzlarienſi Cameræ cum Judice, duo præſident, unus Catholicus, alter Auguſtanæ Confeſſionis, Aſſeſſores ex utraque religione ordinariè 50. Hæc in Comitiis Wormatienſibus ex Maximiliani I. & ordinum conſenſu, quia Tribunalia cætera tot cauſis agitandis non ſufficerent, inſtituta eſt A. C. 1495. quæ ambulatoria primùm, deinde *Spiram* translata Spirenſis dici cepit, &in qua lites controverſæ inter mediata, & immediata Imperii membra ex inſtitutione *Cæſaris* & *Statuum* per Judicem, duos Præſidentes ex utraque religione, & Aſſeſſores 50. expedirentur. Nunc *Spirâ* exuſtâ ab Anno 1690. Wezlariam traducta.

Aulicum Rothwilæ ſive Hof-Gericht; Rothwilenſi præeſt Judex, olim Comes de Sulz, nunc Princeps Schwarzenbergicus cum 13. Aſſeſſoribus. Sed ab hoc ad utrumque præcedens datur appellatio, neque ultra circulos, Auſtriacum, Franconicum,. Suevicum, Rhenanum extenditur ejus Jurisdictio.

10. Poteſt juſtum indicere bellum, ferire pacta & pacem condere. Tenetur tamen ad ſervandos Receſſus Imperii, Auream Bullam Car. IV. Capitulationem, Inſtrumenta Pacis univerſalia.

## II. *Cæsar ùt Archi-Dux Austriæ*

*Archi-Dux Austriæ.*

Constituit Domum Austriacam, & possidet Hæreditarias Ditiones Vastissimi Circuli Austriaci, de quo postea dicetur. Dicitur habere Reditus multos Milliones, præter militares proventus, potentissimus omnium in toto Imperio, qui solus, tum sustentare dignè Imperium, tum contra hostes, præsertim Turcas, Bellum cum felici effectu gerere possit. Maximis gaudet Privilegiis, non est subditus Justitiæ Imperii, est Consiliarius natus Imperatoris, recipit Investituram Statûs in Equo, Regali Chlamyde vestitus & Pileo Archi-Ducali tectus.

## III. *Cæsar ùt Rex Hungariæ*

*Rex Hung.*

Jus habet ad totam Pannoniam, Croatiam, Dalmatiam, Transylvaniam, Serviam, Moldaviam, Hinc usque ad mare Nigrum, inde usque ad Mare Adriaticum; licet multa adhuc ex iis Turca possideat.

## IV. *Cæsar ùt Rex Bohemiæ*

*Rex Bohem.*

Est Elector Imperii, quod Regnum unà cum Regno Hungariæ *Albertus II.* per connubium cum *Elisabetha* Filia Unica *Sigismundi* Regis Hungariæ *Domui Austriacæ* adjunxit. Confirmavit *Mathias*, *Ferdinandus* & reliqui Imperatores Austriaci, ac devictis tandem *Hussitis*, *Taboritis* aliisque rebellibus *Bohemi* subditi Mancipia facta sunt.

## V. *Rex Romanorum.*

*Rex Rom.*

Vivente adhuc Imperatore potest eligi *Rex Romanorum*, Successor Imperii, qui in absentia Imperatoris habet potentiam Imperatoriam, tanquam *Coadjutor* Imperii & Vicarius perpetuus, præcedit reliquos Reges in Imperio, vocatur *Augustus* & portat in Scuto Aquilam simplicem unius capitis.

§. STA-

## §. IV.
## STATUS IMPERII IN TRIBUS COLLEGIIS.

1. Electorum, de quibus dictum. 2. Principum, Prælatorum & Illustrium. 3. Urbium Imperialium. *Collegia Imperii.*

Hæc tria Collegia, præter sua propria Territorialia Dominia, habent singula in Comitiis Imperialibus v. Reichs-Täg, suam sedem v. Banck & Votum v. Stimm.

Sedes etiam v. Bänck separatæ sunt à se invicem: Prima Ecclesiasticorum, Electorum, Archi-Episcoporum, Episcoporum, Abbatum, Prælatorum à dextrâ. Etiam Archi-Dux Austriæ & Dux Burgundiæ. Secunda Sedes Sæcularium Principum, Comitum, Baronum Imperii à sinistrâ. Tertia Episcoporum Confessionis Augustanæ è converso v. Quer-Banck. Sed hujus sedis transversæ hodie ferè nullus est usus, eo quod Episcopatus illi sæcularizati inter Principes numerentur. *Sedes Imperii*

*Comitia* v. Reichs-Tag, alia Generalia, alia Particularia. *Generalia* sunt publici conventus omnium & singulorum Immediatorum Imperii Statuum, ubi de communi totius Imperii utilitate deliberatur. *Particularia* sunt: *Comitia Generalia,*

1. *Diætæ Circulares* v. Crais-Täg quando Immediati Statûs alicujus circuli conveniunt, & de communi ejusdem utilitate deliberant. *Particularia*

2. *Diætæ Deputationum*, Reichs-Deputations-Täg, quando tam Commissarii Cæsarei, quàm Deputati nomine omnium Statuum causas totius Imperii tractant & decidunt.

3. *Diætæ Electorales*, Chur-Fürsten-Täg, quando soli Electores sine scitu & voluntate Cæsaris, tam de suis propriis, quàm totius Imperii causis deliberant

4. *Diætæ Principum*, Reichs-Fürsten-Täg. Quando omnes vel plures Principes, aut Ecclesiastici aut Sæculares, vel simul conveniunt sine scitu Cæsaris, ut causas suas secundùm fundamentales Imperii leges decidant.

5. *Diætæ Comitum, Civitatum, Baronum*, Graven-Stätt- und Ritter-Täg.

*Convocandi ad Gereralia.* Ad Comitia Generalia, Allgemeine Reichs-Täg suprema Cæsareæ Majestatis authoritate Rectoriâ convocantur omnes & singuli Status Immatriculati & Jure Sessionis ac voti gaudentes.

32. 4. 48. 57. MARBACUM, urbs ad Nicrum fl. Duc. Würtemb.

MECKMUHLA, urbs cum arce ad Jaxſt fl. Comitum de Trautmansdorff.

NEOBURGUM, urbs cum arce ad Enz fl. Ducis Würtembergici.

31 59. 49 13. NEOSTADIUM, urbs ad Kocher fl. Comitum de Trautmansdorff. Dicta ad magnam Tiliam, cujus craſſities eſt 13. ulnarum, rami verò centum columnis ſuſtentantur.

32. 9. 48. 13. REITLINGA, urbs Imp. ad Echez fl.

31. 42. 48. 32 ROTTENBURGUM, urbs cum vicina *Ebinga* ad Nicrum fl. Juris Auſtriaci.

ROT-



Novissima Foederatorum Helvetiorum Tabula
Milliaria Germanica communia
1 2 3 4 5 6 7 8
28
29
30
31
32
47
46
45
SCHWABEN
ÖSTERREICHISCH
ALSATIA
BURGUNDIA
SCHWEITZERLAND
CANTON ZURICH
CANT. BASEL
CANT. SOLOTHURN
STIFFT BASEL
CANTON LUCERN
CANTON SCHWEITZ
CANTON GLARIS
CANTON UNDERWALD
CANT. URI
CANTON FRIBURG
CANTON APPENZELL
BERN
GRAUBÜNDTEN
VELTLINERLAND
WALLIS
SAVOYEN
PIEMONT
HERTZOGT. MEYLAND
Alpen Geburg
Genfer See
Boden See
Basel
Schaffhausen
Zurich
Bern
Solothurn
Lucern
Schweitz
Glaris
Altorff
Friburg
Neu Chatel
Lausanne
Geneve
Vevey
Sitten
S. Gothard Berg
Chur
Appenzell
Lindau
Bregentz
Kempten
Memmingen
Costantz
Baden
Zug
Stantz
Engelberg
Chiavenna
Clavenna
Bellinzone
Lugano
Como
Lecco
Bergamo
Brescia
Varallo
Domo d'Ossula
Martinach
der Grosse S. Bernhard B.
der Kleine S. Bernhard B.
Aix
Chambery
Annecy
Monstiers
Thonon
Evian
Aigle
Yverdon
Iverdon
Pont Arlier
Granson
Besançon
Porentruy
Pruntrut

| | Long. | Lat. |
|---|---|---|
| ROTTWILA, urbs Imper. munita cum Dycasterio Imp. ad Nicrum fl. | 31.22. | 48.20. |
| SCHORNDORFFIUM, Munimentum ad Rems fl. | 32.23. | 48.48. |
| TAMBRUNA, urbs cum arce StettenfelsCom. Fugger. | | |
| TUBINGA, urbs cum arce & Academia ad Nicrum fl. Ducis Würtembergici. | 31.50. | 48.34. |
| WEINSBERG, munimentum insigne non procul Heilbrunna, obsessa à Conrado III. Imp. petiit, ut quidquid mulieres possent exportarent, tum illæ viros suos humeris exportârunt. | | |
| WIMPFFEN, *Wimphena*, urbs cum Collegiata Ecclesia Nobilium. | | |

## §. XII.

# BRISGOJA
## Cum
# MARCHIONATU BADENSI.

Ditio *Domûs Austriacæ*, terminatur à Borea Ortenavia, ab Ortu Principatu Fürstenbergico, ab Austro 4. urbibus sylvestribus ad Helvetiam, ab Occasu Rheno & Alsatia. Quædam tamen loca in ea possident Marchiones Badenses, qui idcirco huc reducuntur. Et *M. Prior* Ordinis Melitensium per Germaniam. Minores in iis fluvii sunt, Treusma, Oelbacum, Alba, Elza, Nagolta, Kinza, Enza fluentes in Rhenum. *Dominia vicina Brisgojæ.*

## Urbes BRISGOJÆ.

| | Long. | Lat. |
|---|---|---|
| FRIBURGUM, urbs & caput Brisgojæ, cum duplici arce, Regimine Austriaco & Academia ad Treisma fl. | 30.30. | 48.13. |
| BADENA, urbs & caput Marchionatûs ad Oelbach fl. nomen habet à Thermis. Marchio Baden-Badensis S. R. I. Princeps LUDOVICUS GEORGIUS, ex Domo Baden-Badensi, successit An. 1727. 7. Jan. | 31.8. | 48.40. |
| BADENWEILER, urbs cum arce & fonte salub. | | |

BIE-

*Long.* *Lat.* BIETIGHEMIUM, urbs Juris Würtemberg.

° ′ ° ′ BRISACUM, urbs munita Juris Austriaci ad Rhenum fl.

30.27. 48.12, DURLACUM, urbs & caput hujus Marchionatus.

31.14 48.50. Marchio Baden-Durlacensis S R. I. Princeps CAROLUS WILHELMUS † successit CAROLUS FRIDERICUS, An. 1738. adhuc Minorennis.

FREUDENSTATT, urbs in Hercinia D. Würtemb.

30.13. 48. 1. HEITERSHEIM, urbs cum arce ac sede M. Prioris Ord. Melit. per Germaniam. *M. Prior* Ord. Melit. in Germania Heitersheimii PHILIPPUS WILHELMUS Comes de Nesselrod & Reichenstein ab An. 1728. S. R. I. Princeps.

HOCHBERG, Munimentum insigne, cum Marchionatu Hochbergensi, in quo sunt:

SULTZBURG, urbs cum Palatio Principali.

LAHR, urbs cum arce ad Brisgojam.

ROETELEN, urbs cum Dominio ejusdem nom.

SAUSENBERG, urbs cum Landgraviatu ejusd. nom.

KENZINGA, urbs Brisgojæ ad Elz fl.

NAGOLT, urbs Herciniæ ad Nagolt fl.

30.29. 48.25. OFFENBURG, urbs Imper. ad Kinzig in Ortenav.

OPPENAVIA, urbs Herciniæ ad Grisbach fl. ubi Thermæ & Acidulæ.

31.34. 48.58. PFORZHEIM, urbs munita ad Enz fl. Juris Palatini.

31. 2. 48:41. RASTADIUM, urbs & sedes Marchionum Badensium. Non procul inde ad leucam *Carlsruh* urbs nova & sedes Marchionum Durlacensium.

VILLINGA, urbs munita in Hercinia ad amnem Bryge.

31.25. 48.50. WILDBAD, urbs cum Thermis in Hercinia.

Ad Brisgojam & sylvam Herciniam reducitur Principatus & comitatus *Fürstenbergicus.*

FURSTENBERG, urbs & arx gentilitia. *Doneschingen. Forchtelfinga*, *Stulinga* & *Mæskircha* urbes.

*Mæskirchensis* FROBENIUS FERDINANDUS S. R. I. Princeps successit A. 1671.

*Stuhlingensis* WILHELMUS ERNESTUS S. R. I. Princeps successit A. 1704.

§. XIII.

## §. XIII.

# RHÆTIA.

Cum

## SYLVA BRIGANTINA.

Rhætia ſive Reſpublica Griſonum concluditur à Borea Helvetia, ab Ortu Tyroli, ab Auſtro Dominio Veneto & Mediolanenſi, ab Occaſu itidem Helvetia, cum quâ fœdere juncta ab Anno 1491. ſibique ſpecialem rempubl. formavit per 3. ligas. ſcil. der Graubund. der Gotteshausbund, der 10. Gerichter Bund. In liga Griſonum ſunt 28. communitates: in liga Domûs Dei 24. communitates: in liga Judiciorum 10. Judicia. Quælibet ex his communitatibus quotannis eligit Judicem, eæque ſub uno Provinciali Judice omnium communitatum in uno ſunt fœdere. Atque ſic per generalem Conventum plusquam 60. Deputatorum Rempublicam repræſentat, qui vel fit *Ilianti* im Graubund, vel *Curiæ* im *Hansgottesbund*, vel *Daveſii* im *10. Gerichtsbund*, à deputatis liberis, nulli externæ potentiæ obnoxiis; horum autem decreta à communitatibus confirmari debent. Inferiorem Rhætiam alluit lacus Bodamicus, Rhenus, Bregenza, Illa: Superiorem Rheni fontes. Pleſura, Meyra, Addua fluvii.

*Rhætia cum ſuis Ligis.*

## Urbes RHÆTIÆ INFERIORIS.

BREGENZ, *Bragantium*, urbs cum arce, & caput comitatus, ad Bregene fl. & Lacum Bodamicum, Juris Auſtr. 32. 35. 47. 29

HOHENEMBS, Altemſium, arx inſignis cum comitatu hujus nominis ad Rhenum. 32. 38. 47. 10.

LAUFFENBURGUM, urbs una ex 4. ſylveſtribus Infra cujus pontem ex alto præcipitatur Rhenus cum Catadupa, eſt Juris Auſtr. 30. 57. 47. 41.

° ′ ° ′

30.29. 47.40. RHEINFELDA, urbs munita una ex 4. ſylveſtribus ad Rhenum Juris Auſtr.

30.36. 47.43. SECKINGA, urbs Inſulana per Rhenum circumfluentem, una ex 4. ſylv. Juris Auſtr.

32.41. 47.14. VELDKIRCHIUM, urbs ad Ill. fl. Juris Auſtr.

31. 9. 47.24. WALDSHUTUM, urbs una ex 4. ſylv. Jur. Auſtr.

## Urbes RHÆTIÆ SUPERIORIS.

### *Cum Griſſonibus, Sive Gravvbünder.*

32.41. 46.44. CHUR, *Curia*, urbs & caput Provinciæ Epiſcopalis & Principalis ad Pleſur fl. Cujus Epiſcopus JOSEPHUS BENEDICTUS ex Illuſt. Familia de Roſt S. R. I. Princ. ab An. 1728. 13. Septembr.

32.20. 46.20. CLAVENA, urbs cum arce munita, caput comitatus ad Meyra fl. tranſitus anguſtus in Italiam.

32.15. 46.30. ILANZ, *Iliantum*, urbs ad fontes Rh. Anterioris.

32.16. 46.27. SPLUGA, urbs ad Rheni brachium poſterius.

32. 6. 46.26. TAVETSCH, *Taveſtum*, urbs ad Rh. Brachium. ant.

TUSIS, *Tuſium*, urbs ad Rheni brachium poſterioris.

33.21. 46.33. WORMS, *Bormium*, urbs vallis Tellinæ ad Adduam fl. ubi tranſitus in Italiam.

32.30. 46.16. TIRANUM, urbs vallis Tellinæ ad Adduam fl.

32.22. 46.10. MORBEGNO, *Morbinium*, urbs Vallis Tellinæ ad Adduam fl.

## §. XIV.

# HELVETIA.

### Cum ſuis ſubditis ac Fœderatis.

*Respubl. Libera.* Olim Domui Auſtriacæ ſubjecta, icto fœdere communi ſe liberam fecit rempublicam à 4. jam ſæculis, & An. 1648. per pacem Monaſterienſem confirmata, in 3. capitales partes dividitur. 1. In *Cantones*, quorum tredecim ſupra

ſupra enumerati ſunt partim Catholici, partim Acatholici, illi diætas & conventus ſuos habent Lucernæ, hi Araviæ, Generalis tamen omnium Conventus fit Badenæ. 2. In *ſubditos*, qui ſunt Comitatus Badenſis, ditio Vaud, Comitatus Rore, Wartenberg, Tockenburg, Reineckenſis, Bremgarten, Mollingero, Rappersvil, ditiones Windeck, Thurgaw, Rheinthal, Sargans, Gaſter, Murten, Granſen, Orben, Lugano, Locarno, Mendriſi, Val Magia, Bellinzona, Riviera, Val Bronna. 3. In *Aſſociatos*, qui ſunt Rhæti Griſones, Walliſii, Veltelini, Genevenſes, Comitatus Neoburgicus, urbs & ditio Bielenſis, urbs & ditio Abbatis S. Galli, Mühlhauſen, Rothweil, Baſilea, Conſtantia, 4. urbes ſylveſtres &c. Terra parum quidem frumenti profert, ſed pinguia paſcua, longitudo ejus extenditur ad 60. milliaria, latitudo ad 80. mill. Concluditur à Borea Suevia & Alſatia, ab Ortu Rhætia & Tyroli, ab Auſtro Valletelina & Ducatu Mediolanenſi, ab Occaſu Gallia. Quatuor tantùm aditus habet, penè impervia, munita Rheno, Rhodano, lacu Comenſi, & Valletelinis montibus.

*Cum ſuis Cantonibus*

*Subditis.*

*&*

*Aſſociatis.*

## Urbes HELVETIÆ INFERIORIS.

*Long.* ° ′ *Lat.* ° ′

ALTORFFIUM, urbs & caput Cantonis Urienſis ad Ruſſam fl. propè Lac. Lucern. 31.49. 46.35.

APPENZEL, *Cella Abbatis*, urbs & C. Cantonis hujus nominis ad Sitter fl. 32. 6. 46.59.

BADENA, urbs & locus Comitiorum Helvet. ad Limat fl. ſunt hic Thermæ Salubres in Cantone Tigurienſi. 31.46. 47.12.

BRUNTRUTUM, urbs in Elsgoja, & Sedes Epiſcopi Baſileenſis Confœd. ad Hall. fl. 30. 6. 47.46.

BASILEA, urbs & caput ejusdem Cantonis, ad Rhenum Ponte utrimque jungitur. 30.18. 47.50.

BERNA, urbs & caput Cantonis ampliſſimi ad Aar fl. 30.29. 46.54.

BIEL, *Biela*, urbs ad lacum cognominem ſubeſt Epiſcopo Baſileenſi. 30.12. 47.30.

BREMGARTA, urbs ad Rüſs fl. in Cant. Tigur. 31. 0. 46.[illegible]

31. 0. 46.22. BRIEGA, urbs ad Rhodanum fl. in Valesia.

BURGDORFFIUM, urbs cum arce ad Emmat fl.

31.56. 47.13. EINSIDLEN, Eremus B. V. cum Abbatia Principali, prope Syll. fl.

30.29. 46.50. FRIBURGUM, urbs & caput Cantonis ad Sannam fl. hìc sedes Episc. Lausanensis.

32. 7. 47. 2. S. GALLEN, urbs cum Abbatia Principali confœderata.

29.16. 46. 0. GENF, *Geneva*, urbs munitissima ad lacum Lemanum caput Reipubl. Helvetiis Confœderata. Ejus Episcopus sedem habet Annecii in Sabaudia.

51.56. 46.30. GLARIS, *Glarona*, urbs & caput Cantonis, inter montes altissimos ad Lintam fl.

31.29. 47.43. LAUFFEN, *Lauffa*, Arx ad Rhenum, ubi hic inter duas rupes coarctatus catadupam facit cum horrendo strepitu innavigabilem.

29.53. 46.39. LAUSANNA, urbs Episcopalis cum Academ. subest Cantoni Bernensi.

31.28. 46.58. LUCERNA, urbs & caput Cantonis ad exitum Russæ, fl. ex lacu Lucern. cui impositi sunt tres Pontes insignes.

31.59. 45.29. LUGANO, *Lowerz*, urbs ad lacum Luganensem in alpibus Italiæ.

29.51. 47.11. NEUBURG, urbs ad lacum cognominem.

ORBE, *urba*, ad fluvium ejusdem nom.

31.48. 47. 2. RAPPERSWILA, urbs ad lacum Tigurinum habet pontem ligneum 2200. passuum.

SARGANS, *Sarunetum*, urbs ad Rhenum.


31.29. 4[illegible].43. SCHAFFHUSIUM, urbs & caput Cantonis ad Rhenum fl.

31.51. 46.30. SCHWITZ, *Suicium*, urbs & caput Cantonis ad Mutam fl.

30.28. 46.17. SITTEN, *Sedunum*, urbs Episcop. & caput Vallesiæ ad Rhodanum fl.

30.17. 47.22. SOLOTHURN, *Solodorum*, urbs & caput Cantonis Munita ad Aar fl.

STANZ,



Septentrio
Meridies
Oriens
Occidens
Clavis
Eine Vestung.
Große Stadt
Mittel Stadt
Kleine Stadt
Dorff.
Des Ober RHEINISCHEN CREISSES Südlicher theil mit der Franche Comte und den ganzen Hertzogthum Lotharingen
1 2 3 4 5
Gemeine Teutsche Meilen 15 in einem Gradt.
FRANCKREICH
SCHWEITZER GR.
FRANCHE COMTE
Franckfurth
Hanau
Mainz
Trier
Luxenburg
Metz
Verdun
Toul
Landau
Speier
Heidelberg
Worms
Durlach
Strasburg
Brisach
Basel
Besancon
Dole
Solothurn

STANZ, *Statio*, urbs & caput Cantonis, Unterwaldensis ad Melcha fl. 31.32. 46.49.

ZUG, *Tugium*, urbs & caput Cantonis ad lac. Tug. 31.40. 47.10.

ZUIRCH, *Tigurum*, urbs & caput Cantonis ad lac. Tigurum. 31.30. 47.23.

ZURZACH, olim forum Tiberii, nunc urbs celebris Nundinis.

# §. XV.

# ALSATIA.

## LANDGRAVIATUS.

*Alsatia cum Urb. Imp. & Sundgoja.*

Olim Domûs Austriacæ cum 10. Urbibus Imperialibus, quæ sunt: Hagenoa, Colmaria, Selestadium, Weissenburgum, Landavia, Obernhemium, Roshemium, Monasterium in Valle S. Greg. Kaysersberga, Turckhemium, cum Suntgoja. Nunc sub Rege Galliæ, partim à tempore pacis Westphalicæ ab An. 1648. partim ab An. 1681. quo totam Rex occupavit capto Argentorato; ejusque possessionem stabiliri fecit An. 1697. per pacem Ryswic. à Borea terminatur Palatinatu Inferiore, ab Ortu Rheno & Suevia, ab Austro Suntgoja, ab Occasu Vogeso & Lotharingia. Terra frumento & vino abundat, aliisque commoditatibus: Montes hinc inde argento, cupro, & plumbo: sylvæ Castaneis: valles pascuis: planities fructibus omnis generis: flumina Rhenus, Ellus, Cynthius, Salmonibus, lupis, aliisque bonis piscibus: dividitur in Superiorem & Inferiorem.

## Urbes ALSATIÆ SUPERIORIS.

ENSISHEMIUM, urbs & caput Alsatiæ superioris cum Regimine Regio ad Illam fl. 30.13. 47.25.

NEW BREYSACH, contra Brisacum vetus erectum munimentum. 30.10. 47.20.

30.10. 47.20. BEFORTIUM, *Ferrete*, urbs cum arce caput comitatus ad Doulx fl.

30.10. 47.30. COLMARIA, urbs Imp. nunc Dycasterium Regium, munita ad Lauch fl.

HUINNINGA, Fortalitium ad Rhenum Infra Basileam.

30. 5. 47.40. KEYSERSBERGA, urbs cum arce in montibus Alsatiæ superioris, inter Reichenstein & Amerswier.

LUDERA, urbs cum arce & Abbatia Principali.

30. 7. 47.26. MASMUINSTER, urbs cum arce & Parthenone Illustrium Virg. in Suntgoja.

30. 9. 47.14. MUIHLHAUSEN, urbs Imper. confœderata cum Helvetiis ad Ill. fl.

29.45. 47.20. MUIMPELGARD, *Monsbelligardius*, urbs cum arce munita, Ducum Würtenberg. ad Alaine fl & Suntgojam.

29.44. 47.27. MUINSTER, in valle S. Gregorii, urbs cum Monasterio ad S. Greg.

MURBACH, Abbatia Principalis, incorporata Abbatiæ Luderensi. Cujus Abbas COELESTINUS, ex illustr. Familia de Beroldingen S R. I. Princeps ab Anno 1720. 19. Jan.

RAPOLSTEIN urbs cum tribus arcibus & comitatu, qui nunc Juris Birckenfeldici.

30. 1. 47.40. RUFFACH, *Rubeacum*, urbs cum arce Isenburgo ad Thur fl.

30.12. 47.27. TUIRCKHEMIUM, urbs Imper. ad Fach fl.

## Urbes ALSATIÆ INFERIORIS.

30.23. 48.31. STRASBURGUM, *Argentoratum*, urbs ampla & insigniter munita cum Castello & Academia caput Inferioris Alsatiæ, olim Imperialis, Episcopalis, nunc Sedes Gubernatoris Regii ad Rhen. fl. In ea Episcopus est ARMANDUS GASTON, Princeps de Soubize, ab An. 1704. 10. Aprilis, Magnus Eleemosynarius Franciæ, & ab An. 1724. 3. Febr. S. R. I. Princeps.

BEN-

| | *Long.* ° ′ | *Lat.* ° ′ |
|---|---|---|
| BENFELD, urbs olim insigniter munita, sed nunc munimenta dejecta ad Ill. fl. | 30.17. | 48.20. |
| DACHSTEINIUM, urbs munita cum castro ad Breusch fl. propè Molshemium. | | |
| BERGZABERN, *Tabernæ Montanæ*, urbs ad fl. Erlebach Juris Ducatus Bipontini, Zweybrücken. | | |
| ELSAS-ZABERN, *Tabernæ Alsatiæ*, urbs cum arce duplici, natura & arte munitissima ad Sor & Swarbach Residentia Episcopi Argentinensis. | 30.26. | 48.43. |
| FLECKENSTEINIUM, urbs natura & arte munita, Baronum de Fleckenstein. | | |
| FORT-LOVIS, *Fortalitium Ludovici*, in Insula Rheni Hagenoæ oppositum. | 30.35. | 48.43. |
| HAGENOA, urbs Imper. munita, inter duo flumina Motter & Sorna. | 30.30. | 48.44. |
| LANDAVIA, urbs insigniter munita Imperialis ad Queich fl. | 30.31. | 48.52. |
| MOLSHEMIUM, urbs cum Seminario & Academia ab Austriaco fundata ad Breusch fl. | 30.21. | 48.30. |
| RHEINZABERN, *Tabernæ Rhenanæ*, urbs ad fl. Erlebach ad Germershemium, reducitur & subest Diœcesi Spirensi. | | |
| ROSENHEMIUM urbs olim Imperialis. | 30.13. | 48.4. |
| SCHLETSTATT, *Selestadium*, urbs munita Imperialis, inter paludes sita ad Illam fl. | | |
| SELTZ, *Selza*, urbs ad Rhenum, Juris Electoralis Palatinatus inferioris. | | |
| WEISSENBURGUM, urbs Sebusiorum in Wasgovia & Imperialis ad Lauter fl. in confinibus Palatinatus Inferioris. Ejus ibidem Præpositura Principalis cum sua ditione subest Diœcesi Spirensi. | 30.28. | 48.58. |



§. XVI.

## §. XVI.

# PALATINATUS INFERIOR
# DIE UNTERE PFALTZ

### Elector Imperii Palatinus CAROLUS PHILIPPUS, Palatinus Rheni & Dux Neoburgicus Successit An. 1716. 8. Jun.

*Palatin. Infer. Satrapiæ.* Terminatur à Borea Archi-Episcopatu Moguntino, ab Ortu Landgraviatu Darmstadiano & sylva Ottonianâ, ab Austro Marchia Badensi & Alsatia, ab Occasu Lotharingia & Archi-Episcopatu Trevirensi. Terra abundat frumento, vino, pascuis, & licet bellis sæpè devastetur, facilè tamen se recuperat. Fœcundatur Rheno, Nicaro, Naha, Lautera fluviis. Constat 15. Magnis Satrapiis, quibus plures minores subsunt: Majores sunt: Heidelbergensis, Mosbacensis, Brettensis, Boxbergensis, Uzbergensis, Germersheimensis, Neostadiensis, Lauterensis, Alzeyensis, Oppenheimensis, Creuzenacensis, Strombergensis, Bacheracensis, Simmerensis, Kirchbergensis &c. Præter Ducatus, Bipontinum, Birckenfeldensem, Simmerensem, Sponheimensem, Veldensem, & Comitatus Rheingraviorum, Leiningen, Falckenstein, Ripolzskirch, & duos Episcopatus Spirensem & Wormatiensem.

*Long. Lat.*
° ′ ° ′


## Urbes PALATINATUS INFERIOR.

31.30. 49.22. HEIDELBERGA, urbs & caput totius Palatinatus cum insigni arce & olim sede Electorali, celebri Academia ad Nicrum fl.

30.48. 49.40 ALZEY, *Alzhemium*, urbs cum arce sed modò diruta ad Seltz. fl.

BAC

| | *Long.* ° ′ | *Lat.* ° ′ |
|---|---|---|
| BACCHARACUM, urbs cum arce Staleck ad Rhenum in cujus medio olim erecta ſtabat ara Bacchi. | 30.35. | 50. 8. |
| BENSHEMIUM urbs ad viam Montanam, die Berg-ſtraſſen in der Pfaltz, ſubeſt Electori Moguntino. | 31 29. | 49.30. |
| CAUB, *Caubium*, urbs cum arce ad Rhenum non procul à Bacharach. | | |
| CREUZENACUM, urbs cum arce ad Nahe fl. | | |
| EPPINGA, urbs in Craichgoya Palatinatus ad Craich fl. | 30.25. | 50. 0. |
| FRANCKENTHALIUM, urbs munita ad Rhenum veterem. | 31. 7. | 49.18. |
| GERMERSHEMIUM urbs cum arce ſed diruta. | 13.29. | 49. 31. |
| HEPPENHEMIUM, urbs cum arce Starckenberga ad viam Mont. Elect. Mog. | 31 29. | 49. 31. |
| INGELHEMIUM, urbs ad Seltz fl. dicta Caroli M. Imp. Patria. | 30. 56. | 49. 58. |
| KEYSERSLAUTERN, *Cæſaris Lutra*, urbs cum Palatio antiquo ad Lac. Lutram. | 30. 30. | 49. 18. |
| KIRCHBERGA, urbs cum arce ad Biber fl. caput comitatus Simmerenſis. | 30.34 | 50. 1. |
| LADENBURG, *Lupodunum*, urbs antiqua ad Nicrum fluvium. | 31. 23. | 49. 24. |
| MANHEMIUM, urbs & inſigne Munimentum, nunc ſedes Electoralis cum Palatio magnifico ad confluxum Nicri & Rheni. | 31.16. | 49. 23. |
| MOSBACUM, urbs non procul à Nicro fl. | 31. 50. | 49.25. |
| NECKERGMUND, urbs ad Nicrum fl. | | |
| NEUSTATT ad Haardam, urbs ad Speyrbach fl. | 30.44. | 49.20. |
| ODERNHEMIUM, urbs ad Selz fl. | | |
| OPPENHEMIUM, urbs cum arce ad Rhen. | 31. 2. | 49. 52. |



# IN HOC PALATINATU
Sunt
# EPISCOPATUS SPIRENSIS.

## Cujus Epiſcopus DAMIAN HUGO ab An. 1719. Coadjutor Conſtantienſis S. R. E. Card. Comes de Schönborn.

*Long. Lat.*
° ′ ° ′

31.10. 49.12. SPEYR, *Spira*, urbs Imperialis & Epiſcopalis cum Palatio & æde Cathedrali Magnifica olim, nunc parùm reparata ad Rhenum.

31.17. 49.10. BRUCHSALIA, urbs cum inſigni Palatio Epiſcopi Spirenſis.

LAUTERBURGUM, urbs ad Luteram fl.

31.14 49. 6. PHILIPPSBURGUM, olim Udenheim, urbs & Munimentum inſigne ad Rhenum.

RHEINZABERN, *Tabernæ Rhenanæ*, urbs non procul à Rheno.

ROTTENBURGUM, urbs ad Elzach fl.

# WORMATIENSIS
# EPISCOPATUS.

## Cujus Epiſcopus FRANCISCUS GEORGIUS ab An. 1732. & Archi-Epiſcopus Trevirenſis Comes de Schönborn.

31.10. 49. 6. • WORMS, *Wormatia*, urbs Imp. & Epiſc. cum Palatio & æde Cathed. Magnifica olim, nunc utcunque reparata ad Rhenum.

DURMSTEINIUM, ſedes Epiſcopi olim Wormatienſis, non procul inde.

IN

# IN EODEM DUCATUS, PRINCIPATUS, COMITATUS PALATIN.

Dux Bipontinus, & Birckenfeldenſis Palatinus CHRISTIANUS, ex Linea Comitum Palatinorum de Birckenfeld, ſucceſſit A. 1734.

Long. Lat.
° ′ ° ′

## DUCATUS BIPONTINUS.

ZWEYBRUCKEN, urbs & caput hujus Ducatus & ſedes Ducum, ad Alwerbach fl. 30. 0. 40. 18.

BERGZABERN, *Tabernæ montanæ*, urbs ad Erlbach fl. 30. 30. 49. 16.

FRANCKENSTEINIUM, urbs cum arce.

LANDSBERG, Arx in monte ad Alwerbach.

## DUCATUS BIRCKENFELDENSIS.

BIRCKENFELD, urbs cum arce & ſede Principum Palat. ad Nahe fl. nunc Bipontini. 30. 28. 40. 44.

## DUCATUS VELDENSIS.

VELDENZ, *Veldentium*, urbs cum arce & ſede Principis Palat. Hæc Linea Ducalis An. 1695. extincta. 29. 45. 50. 0.

## PRINCIPATUS SIMMERENSIS.

SIMERA, urbs & caput hujus Principatus cum arce & ſede Principum in ſtratis mont. Hunsrück. 30. 17. 50. 2.

## COMITATUS WILD- & RHEIN-GRAVIORUM.

RHEINGRAVENSTEIN, Arx cum ſuo Dominio in tractu Hunnorum & Principalium Comitum de Salm. 30. 16. 50. 0.

29.49. 49. 6. KRIECHINGEN, *Creance*, arx cum Comitatu in confinibus Lotharingiæ.

30.26. 49.49. LAUTERECK, urbs cum arce ad confl. Glan & Laut.

LIZELSTEINIUM, urbs & arx munitissima.

Huc reducuntur urbes Comitum de Leiningen *Leininga*, *Harterburg*, *Dachsburg* & *VVesterburg*. Comitum ab Isenburg. *Offenbach*, *Budingen* ad Francofurtum. Comitum de Falckenstein † nunc Manderscheid & Löwenthal. *Falckensteinium*, *Obersteinium*, *Reipoltskirchium*.

Comitum de Solms, Ditio *Sonnenwaldica* in Lusatia. Ditio *VVildenfelsia* in Voitglandia.

Comitum de Hatzfeld, ditiones in Thuringia & Silesia.

## §. XVII.

# LOTHARINGIA.

## Dux Lotharingiæ FRANCISCUS STEPHANUS, successit An. 1723. 6 Jun. Vice-Rex Hungariæ ab An. 1732. M. Dux Hetruriæ ab An. 1737.

*Ducatus Lotharingiæ* concluditur à Borea Ducatu Luxemburgico & Archi-Episcopatu Trevirensi, ab Ortu Vogesino tractu & Alsatia, ab Austro Burgundia, ab Occasu Mosa & Campania: ac simul in se continet Ducatum Barrensem. In gemino hoc Ducatu munita loca cepit Rex Galliæ, nunc quoque totum petit, si Duci Lotharingico, *Francisco* post celebratas anno 1736. nuptias cum *Maria Theresia* Archi-Ducissa Austriæ, Toscana sive M. Thusciæ Ducatus extradatur, qui anno 1737. mense Julio, à morte M. Ducis ultimi Mediceæ stirpis, prædicto Duci Lotharingico Homagium præstitit, Thronumque sumptuosissimè præparatum Florentiæ in solennissima introductione inter applausum Archi- & Episcoporum, Magnatum & Populi acclamantis devotissimè substravit hoc An. 1739. Mense Februario..

*Ducatus Lotharingici permutatio.*

DUCA-

Long. Lat.
° ′ ° ′

# DUCATUS LOTHARINGICI

## In Lotharingia propriè dicta ſunt Urbes.

NANCEJUM, *Nancy*, Metropolis Lotharingiæ ad Mueram fl. 29.18. 48.59.

LUNÆVILLA, *Luneville*, Reſidentia Ducum cum Academia Nobilium ad Veſonzam fl.

NOMENIUM, *Nomeny*, cum Margraviatu, in quo ſunt *Falckenburg*, *Blanckenberg*, *Reimersberg*, *Remuremont*, *Remireville*, *Plombieres* ad Moſellam fl.

MONS VADANUS, VAUDEMONT, urbs cum Comitatu quo inſignitur primogenitus Ducum.

VAUCOLEUR, urbs ad Moſam, unde celebris illa Joanna Pucelle d'Orleans.

# IN DUCATU BARRENSI.

BARRO-DUCUM, Metropolis Bar le Duc ad Orney fl.

CLERAMONTIUM, *Clermont*, urbs cum Comitatu.

COMMERIACUM, *Commercy*, cum tit. Principali ad Moſam.

MOTTÆA, *La Motta*, munimentum inſigne demolitum.

MUSSIPONTUM, *Pont à Mouſſon*, urbs cum Academia ad Moſellam. 29.3. 48.54.

Reliquæ urbes munitæ ſunt *Regis Galliæ*. *Metæ*, Metz. 29.9. 49.10.
*Toul*. *Verdun* Epiſcopales & munimenta: *Marſal*. *Moyenvic*. *Pfaltzburg*. *Longvic*. *SaarLovis*.



## §. XVIII.

# FRANCONIA.

*Franconiæ Termini.*

*Franconia tota*, ſive *Circulus Franconicus* eſt in medio *Germaniæ* circa *Mœnum* ab ejus fonte usque ad oſtium fermè: à Borea reſpicit Circulum Saxonicum & Rhenani Superioris partem, ab Ortu Regnum Bohemiæ & Circulum Bavaricum, ab Occaſu Circulum Electoralem Rheni Inferioris, & partem Superioris. In ea ſunt 3. Epiſcopatus Bamberg. Wirceburg. Aichſtett. M. Ord. Teutonici. Ducatus & Marchionatus 2. Culmbac. Onolsbac. Ditio Schwarzenberg. Comitatus plures Henneberg, Hohenlohe, Wertheim, Rheineck, Erpach, Caſtell, Limpurg, Reichelsberg, Wieſentheit, Geyer † & Urbes Imperiales 6.

## EPISCOPATUS BAMBERGENSIS.

*Diœceſis Bambergenſis Termini jura Privilegia.*

Medius inter duos Ducatus Wirceburgenſem & Coburgenſem, ac inter duos Marchionatus Culmbacenſem & Anſpacenſem, quoad Statum Eccleſiaſticum *immediatè* ſubeſt *Pontifici*, & *jure Archi-Epiſcopatus* gaudet: quoad Statum Politicum *ſpecialibus Privilegiis* & *Feudis ab Henrico II.* Imperatore donatus & fundatus. Quæ *Regalia Filum ſericum rubrum S. Cunegundis* appellantur. Hinc *Epiſcopus Bambergenſis*, uti uſu & authoritate Pallii inter Epiſcopos Germaniæ, jam à tempore *Hardonici* Epiſcopi An. 1047. Eminens, nulli Archi-Epiſcopo ſubeſt, inque Comitiis Imperii univerſalibus poſt Archi-Epiſcopos prærogativâ ſeſſionis, & ſuffragiis potitur; ita inter jura ipſius planè eximia, hoc excellens eſt, quod quatuor Electores Imperii Archi-Officiales, *Bohemum*, *Bavarum*, *Saxonem* ac *Brandeburgicum* ſupremos pariter Officiales habeat, qui & ab ipſo de certis Bonis ad Electoratus prædictos pertinentibus inve-



IX.
Teutschlandes FRÆNCKI-SCHER CREIS. samt dazu ge-hörigen Pro-vintzen.
LANDGRAFSCHAFT HESSEN CASSELISCHE
FURSTLICHE GRAFSCH. HENNEBERG
THURINGISCHE GR.
VOIGTLÆNDISCHE GR.
HERZOGTH COBURG
FRANCKEN
FRÆNCKISCHE
MARGGRAFTHUM ONOLTZBACH
MARGG. CULMBACH
NURNBERGER GEBIETH
STIFFT AICHSTÆDT
GR. HOHENLOHE
SCHWÆBISCHE GRÆNTZE
OBER RHEIN
Fulda
Hanau
Aschaffenburg
Darmstadt
Erbach
Heidelberg
Manheim
Speier
Heilbronn
Stutgart
Hall
Schweinfurt
Bamberg
Bayreut
Coburg
Saalfeld
Plauen
Eger
Amberg
Regenspurg
Kelheim
Jugolstadt
Neuburg
Donauwert
Nördling
Monheim
Fappenheim
Aichstædt
Dinckelspühl
Rothenburg
Anspach
Schwabach
Hof
Culmbach
Waldeck
Neustadt
Leuchtenberg
Altdorf
Forchheim
Mergentheim
Wimpfen
Esslingen
Weill
Pfortzheim
Heidenheim
Gmünd
Göppingen
Geißling
Gingen
Harburg
A 30 B C 31 D E 32 F G 33 H I 34 K
50
49

investiuntur. Terra ferax est frumenti, vini, clizericæ, & præsertim omnium rerum hortensium in abundantia. Fœcundatur præcipuè Mœno albo & nigro, Regnisio fluviis.

## Episcopus Bambergensis S. R. I. Princeps FRIDERICUS CAROLUS Comes de Schönborn, ab An. 1729. 30. Januarii, & Episcopus Wirceburgensis, Franciæ Orientalis Dux ab An. 1729. 18. Maji. Vice-Cancellarius Imperii ab initio sæculi usque ad An. 1734. 22. Julii. Sac. Cæs. Majestatis Consiliarius Intimus & Conferentialis.

## Urbes EPISCOPATUS BAMBERGENSIS.

| | *Long.* ° ′ | *Lat.* ° ′ |
|---|---|---|
| BAMBERGA, urbs ampla & sedes Episcopi & Principis Imperii, cum arce, duobus Palatiis insigni æde Cathedrali, Academia, ad confluxum Regniz & Mœni fl. | 32. 0. | 59. 1. |
| BOTTENSTEINIUM, urbs cum arce, ad Putlach fl. | | |
| CRONACUM, urbs cum arce munita ad Radach fl. | 33. 43. | 50. 20. |
| EBERMANSTATT, urbs ad Wisent fl. | | |
| FORCHEMIUM, urbs & munimentum insigne ad confl. Regniz & Wisent fl. | 33. 52. | 49. 50. |
| HERZOGENAURACH, *Aurachium Ducale*, urbs ad Aurach fl. | 32. 59. | 50. 0. |
| HOCHSTADIUM, urbs cum arce ad Aisch fl. | 32. 59. | 49. 57. |
| LICHTENFELSIA, urbs cum arce ad confl. Mœni, Roder, Cronach fl. | 32. 58. | 50. 28. |
| PAUNACH ad Mœnum, *Schaslitz*, urbs non procul Bamberga. | | |
| STAFFELSTEINIUM, urbs ad Mœnum fl. non procul inde Abbatia Langheim Ord. Cist. & Abbatia Banthensis Ord. S. Benedicti. | 32. 55 | 49. 56. |

VIL-

° ′ ° ′

33.55. 49.59. VILSECKIUM, urbs cum arce ad Vils fl. in Sup Palat.
33.53. 49.59. WEISSENFELDIA, urbs ad Wisent fl.
33. 1. 50. 0. In hoc Episcopatu *Pommersfeldæ* insigne Palatium & Hortus Com. de Schönborn non procul Bamberga.

# EPISCOPATUS WIRCEBURGENSIS ET DUCATUS FRANCONIÆ.

*Franciæ Orientalis Termini.*


A Borea respicit, Principatum Fuldensem, & Comitatum Hennebergensem, ab Ortu Episcopatum Bambergensem, ab Austro Ditionem M. Magistri Ord. Teut. & Marchionatum Anspacensem, ab Occasu Spessartum & Ditiones Moguntinas, Medius inter Norimbergam & Francofurtum: Continet sub se 70. Satrapias: Terra feracissima est vini, frumenti, pascuorum, sylvarum, ferarum aliorumque alimentorum in abundantia. Fœcundatur Mœno, Sala, Tubari, Jaxto fluviis.

*Ducatus initia*

*Successio Ducum & Episcoporum*

*Francia Orientalis* jam dicta est Sæculo IV. sub *Clodomiro* Francorum Rege, qui Fratrem *Genebaldum Ducem* Ejus *Primum* constituit, quando eundem fugato exercitu Romano, *Thuringis* contra *Suevos*, iniquè spolia dividentes, in auxilium submisit, stetitque sub Ducibus Ethnicis per tria fermè sæcula, donec *Gosbertus I.* circa finem Sæculi VII. à *S. Chiliano* sacris initiatus & baptizatus, ejusque successores *Gosbertus II.* & *Hettanus* Christiani Duces Ss. Martyrum sanguine latiùs fœcundam viderint. *Hettano* sine Hærede mortuo successit Dux Brabantiæ, subinde Rex Franciæ *Pipinus*, qui Ducatu cedens *Episcopos* fecit *Franconiæ Duces*, quorum *S. Burckardus Episcopus I.* & Dux XXII. à *Zacharia* P. An. 741. ordinatus. Secuti eum continuo sunt 73. *Episcopi & Duces*, usque ad modernum gloriosissimè regnantem.

Fride-


Bisch thum
WÜRTZBURG
im Fränckischen
Creisse
mit seinen
Grantzen.
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
Clavis.
Wohlverwahrte Städt und Vestungen.
Stättlein.
Marckt Flecken.
Schlösser.
Berghäusser.
Dörffer.
Gemeine Teutsche Meilen 15 auf einen Grad gerechnet.
THÜRINGER WALD
FULDISCHE GR.
HENNEBERGISCHE GR.
MAYNTZISCHE GR.
BISTHUM WÜRTZBURG
BAMBERGISCHE GR.
FÜRSTENTHUM SCHWARTZENBERG
WERTHEIMISCHE GR.
MERGENTHEIMISCHE GR.
ANSPACHISCH GR.
HOHENLOHISCH
MARGRÆFL. CULMBACHISCHE GR.
Spessert Wald
Würtzburg
Schweinfurt
Meinungen
Königshoffen
Rotenburg
Kitzing
Oxenfurt
Mergentheim
Wertheim

Fridericum Carolum ex Illuſtriſſima Domo Comitum de Schönborn, cui vitam & felicitatem in Imperii Patriæque bonum longiſſimam precamur.

## Epiſcopus Wirceburgenſis S. R. I. Princeps FRIDERICUS CAROLUS, Comes de Schönborn, Franciæ Orientalis Dux ab An. 1729. 18. Maji. Epiſcopus Bambergenſis, Sac. Cæſ. Majeſtatis Conſiliarius Intimus & Conferentialis.

*Long. Lat.*
° ′. ° ′

## Urbes WIRCEBURGENSIS DIOEC.

WIRCEBURG, urbs ampla & Metropolis Ducatûs, cum inſigni arce munita & Palatio Epiſcopali Principis Imperii, æde Cathedrali magnifica, cum Inſignibus Eccleſiis Collegiatis, & Univerſitate celebri ad Mœnum fl. à quo in duas partes urbs dividitur. 32.45. 49.48.

ARNSTEINIUM, urbs cum ſatrapia ad Wern fl. 32.46. 50. 1.

AUBA, urbs & ſatrapia ad Gollach fl. 32.47. 49.40.

AUERSBERGA, urbs cum arce & ſatrapia ad montes Rhœnanos. 32.44. 50.30.

AURACUM, urbs cum arce & ſatrapia ad Saalam fl. 32.45. 50. 26.

BANZ, Inſignis Abbatia O. S. B. in edito monte ad Mœnum fl. 32.59. 50.27.

BILDHAUSEN, Inſignis Abbatia Ordinis Ciſterc. non procul Saala fl. 32. 47. 50. 28.

BISCHOFFSHEMIUM ad Rhœnam, urbs & ſatrapia ad Brentam fl. 32.45. 50.52.

BRUNNBACH, Inſignis Abbatia Ord. Ciſterc. ad Tuberam fl. 32.40. 49.44

BRUMBERG, urbs non procul à Braunach fl. & ſatrapia. 32.54. 50.22.

BROSELSHEIM ſatrapia cum Rimpart incorporata. 32.47. 50. 1.

32.44. 49.54. BUTTERDA, *Büttert*, Satrapia.

32.43. 50. 2. CARLSTADIUM, urbs cum arce & ſatrapia ad Mœnum fl.

32.44. 49.59. CELLA DEI SUPERIOR, Inſignis Abbatia Ord. Præmonſtr. & *Inferior* ejuſd. Ord. Illuſtr. Virg.

32.49. 49.58. DETTELBACUM, urbs & ſatrapia cum loco votivo B. V. Celebri ad Mœnum fl.

32.47. 49.56. DICKELHUSIUM, Inſignis Carthuſia non procul ab Oxovio.

32.46. 50.25. EBENHAUSEN, urbs & ſatrapia ad Fontes Weren fl.

32.52. 49.49. EBERACUM, Inſignis & Ditiſſima Abbatia Ord. Ciſterc. ad Mittel-Eberach fl.

32.56. 50.24. EBERN, urbs & ſatrapia ad Baunach fl.

32.46. 49.57. EIVELSTADIUM, urbs & ſatrapia Reverendiſſimi Capituli Würceburg. ad Mœnum fl.

32.56. 50. 1. ELTMANN, urbs & ſatrapia ad Mœnum.

32.45. 50.32. FLADUNGA, urbs & ſatrapia ad Rhœnam, & Straye fl.

32.47. 49.56. FRICKENHAUSEN, urbs & ſatrapia Rev. Cap. Würceb. ad Mœnum fl.

32.39. 50.17. GEMUNDA, urbs & ſatrapia ad Mœni & Saalæ confluxum.

32.51. 50. 2. GEROLTZHOFFEN, urbs & ſatrapia.

32.45. 50. 1. GRAMSCHAZ, urbs & ſatrapia.

32.42. 49.48. GRUNSFELD, urbs & ſatrapia.

32.54. 50. 2. HASSFURT, urbs & ſatrapia ad Mœnum fl.

32.49. 50. 1. HAIDENFELD, Inſignis Præpoſitura Can. Reg. S. Aug. non procul â Mœno.

32.45. 49.58. HEIDINGSFELD, urbs & ſatrapia ad Mœnum fl.

32.55. 50. 4. HOFFHEIM, urbs & ſatrapia, non procul Baunach fl.

32.39. 49.56. HOFFINGEN, urbs & ſatrapia propè Schweinfurt.

HOMBURG, *Hohenburgum*, arx cum ſatrapia ad Mœnum fl.

32.45. 49.30. JAXTBERG, urbs cum arce & ſatrapia ad Jaxt fl.

32.50. 49.54. IPHOFFEN, urbs & ſatrapia, non procul à Mœno fl.

32.55. 50.20. KIRCHLAUTERN, urbs & ſatrapia.

KIS-

| | *Long.* ° ′ | *Lat.* ° ′ |
|---|---|---|
| KISSINGA, urbs & ſatrapia cum Thermis ad Saalam fl. | 32.47. | 50. 27. |
| KITZINGA, urbs & ſatrapia cum inſigni ponte ſupra Mœnum fl. | 32.49. | 49.56. |
| KLINGENBERG, urbs & ſatrapia in Ducatu Franconico ad Mœnum fl. | 32. 49. | 50. 0. |
| KOENIGSBERG, urbs cum arce & ſatrapia. | 32.45 | 50.21. |
| KOENIGSHOFFEN, Regis curia in Arvis, urbs bene munita, cum ſatrapia. | 32.53. | 50.30. |
| LAUDA, urbs & ſatrapia ad Tuberam fl. | 32.42. | 49.43. |
| LAURINGA, urbs & ſatrapia ad Laur. fl. | 32. 53. | 50. 15. |
| MAINBERG, urbs cum arce & ſatrapia ad Mœn. fl. | 32.52. | 50. 3 |
| MAINBERNIUM, urbs & ſatrapia. | 32.49. | 49 54. |
| MELRICHSTATT, urbs & ſatrapia ad Saalam fl. | 32.52. | 50.32. |
| MUNNERSTATT, urbs & ſatrapia ad Lauram fl. | 32.15. | 50.29. |
| NEUSTATT, ad Mœnum fl. inſignis Abbatia. O. S. Benedicti. | 32 40. | 49.59. |
| NEUSTATT, ad Saalam fl. urbs cum arce antiqua & ſatrap. ad confl. Stray, Brentæ & Saala fl. | 32.52. | 50.30. |
| OCHSENFURT, *Oxovium*, urbs cum inſigni ponte & ſatrapia Rev. Capituli Würzeburg. ad Mœnum fl. | 32.47. | 49.56. |
| OSTHEIM, inſignis Carthuſia ad Mœnum fl. | 32.49. | 50. 0 |
| RANDERSACKERA, urbs & ſatrapia Rev. Cap. Würceb. ad Mœn. fl. | 32 46. | 49 57. |
| RIMPERT, ſatrapia cum Centgravia. | 32.45. | 50. 0 |
| ROETTINGA, urbs cum arce & ſatrap. ad Tuberam fl. | 32.44. | 49.42 |
| ROTTENFELS, urbs cum arce & ſatrap. ad Mœn. fl. | 32.40. | 50. 2. |
| SCHOENREIN, urbs cum arce & ſatrapia non procul à Mœno fl. | 32 39. | 49.59. |
| SCHOENTHAL, inſignis Abbatia Ord. S. Bernardi ad Jaxt fl. | 32.44. | 49.30 |
| SCHLUSSELFELD, urbs & ſatr. ad Reich-Eberach fl. | 32 52. | 49.58. |
| SCHWARZACH, inſignis Abbatia Ord. S. Ben. ad Mœnum fl. | 32.48. | 49.59. |
| SCHWEINSHAUPTEN, urbs & ſatrap. ad Baunach fl. | 32.54. | 50.26 |
| SESSLACH, urbs cum arce & ſatrap. ad Sin. fl. | 32.57. | 50.26. |

P 2 SULZ-

32.54. 50.17. SULZFELD, in arvis, ſatrapia.

32.48. 49.56. SULTZFELD ad Mœnum, urbs Rev. Capit. Würceburgenſis, & ſatrapia.

32.53. 50. 4. STEINACH, urbs & ſatrapia non procul à Mœno ſupra Schweinfurtum.

32.54. 50. 4. THERES, inſignis Abbatia Ord. S. Ben. ad Mœn. fl.

32.40. 50. 1. TRIFFENSTEIN, inſignis Præpoſitura Can. Reg. S. Aug. ad Mœnum. fl.

32.45. 50.25. TRIMPERG, urbs & ſatrapia ad Saalam fl.

32.44. 49.59. VEITSHOCHHEIM, ſatrapia, Palatium & Hortus Epiſcopi Würceburg.

32.50. 50. 0. VOLCKACH, urbs & ſatrapia propè Mœnum, inter Geibach, Palatium & hortum Comitum de Schönborn & Hallburg Comitum de Stadion.

32.46. 50.30. WALDASCHACH, ſatrapia cum arce ad Saalam fl.

32.46. 50. 2. WERNECK, urbs cum ſatrapia ad Wern fl.

WILDBERG, urbs cum ſatrapia ad Hasberg inter Königshoffen & Schweinfurt.

# EPISCOPUS EICHSTADIANUS.

## JOANNES ANTONIUS JOSEPHUS, ex Illuſtr. Fam. de Freyberg, ab An. 1736. 5. Decembris.

## Urbes EPISCOPI EICHSTADIANI.

34.16. 48.49. AICHSTADIUM, urbs cum arce & ſede Epiſcopi ad Almonium, Altmühl fl.

BERCHINGA, urbs ad Sultz fl.

34.27. 48.56. BERNGRIESA, urbs ad Altmühl fl.

DOLLENSTEIN, urbs cum arce ad Altmühl.

33.29. 49.9. HERRIEDA, urbs ad Altmühl fl.

NASSENFELS, urbs ad Schutteram fl.

SPALTHUM, urbs ad Retzel fl.

DO-

# DOMINIUM MERGENTHEIMENSE.
# M. MAGISTER ORD. TEUT.

## CLEMENS AUGUSTUS, ex Domo Bavarica, ab An. 1732. 17. Jul. Archi-Episc. Coloniensis & Elector Imperii, Episcopus Monasteriensis, Paderbornensis, Hildsheimensis, Osnabrugensis, & Præpositus Leodiensis.

*Mergentheimense* in Franconia *Territorium à Walthero de Cronberg*, postquam *Albertus* Marchio Brandeburgensis *M. Magister Ord. Teut.* à fide & ordine defecerat, ab An. 1525. sedes MM. Magistrorum esse cepit, & membrum Circuli Franconici usque huc, cum titulo Administratoris *M. Ordinis in Prussia, Germania, & Italia.* Commendæ autem Equitibus Ordinis in 12. Generales *Commendarias* divisa sunt: *1. Alsatica. 2. Austriaca. 3. Tyrolica. 4. Franconica. 5. Confluentina. 6. Biesana. 7. Westphalica. 8. Lotharingica* omnes Catholicæ. *9. Hassica. 10. Thuringica. 11. Saxonica. 12. Trajectensis.* Præter hanc ultimam omnes agnoscunt M. Magistrum suum ordinis caput, & comparent in Capitulo Mergentheimensi. *Translatio Residentiæ in Franconiam.*

MERGENTHEMIUM, urbs & sedes M. Magistri Ord. Teutonici, ad Tuberam fl. 32.28. 49.34.

ESCHENBACH, urbs ad Eschen fl.

NECKER-ULMA, urbs ad Nicrum fl. 31.53. 49.10.

# DUCATUS COBURGENSIS.

COBURGUM, urbs cum arce, caput Ducatus ad Izt fl. 34 28. 50.13.

EYSFELDA, urbs ad Werram fl. 34. 8. 50. 35.

HELBERGA, urbs non procul inde. 33. 0. 50. 20.

HILBURGSHAUSEN, sedes Ducis hujus Nominis ad Werram fl. 32. 59. 50 36.

THIERSTEINUM, urbs non procul inde.
33. 1. 50.23. RODACHIUM, urbs ad Rodach fl.
33. 2. 50.18. UMERSTADIUM, urbs ad Rodach fl.

## PRINCIPATUS HENNEBERGICUS.

Olim erat Comitum Hennebergensium cum magno districtu, sed his deficientibus ad Domum Saxonicam devolutus, Anno 1583. in multa Dominia Ducum Saxonicorum discerptus est, & arx gentilitia propè Mainungen vetustate corruit. Totus comprehenditur à Borea Ducatibus Eisenach & Gotha, ab Ortu Ducatu Vinmariensi & Ditionibus Schwarzburg, ab Austro Ducatibus Coburgensi & Franconico, ab Occasu Landgraviatu Hassico & Fuldensi Principatu. Terra satis frugifera est, celebris Fodinis æris, chalybis & Ferri.

### Urbes PRINC. HENNEBERGICI.

32.53. 50 33 HENNEBERGA, arx olim sedes & caput Comitatus.
34. 8. 50.40. ILMENAW, urbs ad fontes Werræ fl.
32.49. 50.39. MAINUNGA, urbs ad Werram fl.
3[illegible].47. 50.41. SALZUNGA, urbs ad Werram fl. ubi sunt Salinæ celebres.
32.46. 50.42. SCHLEUSSINGA, urbs & sedes olim comitum cum Academia ad Werram fl.

SCHMALKALDA, urbs cum arce, nota suis articulis & liga, nunc est juris Hasso-Cassellani.

SULA, urbs ad sylvam Thuringicam, ubi arma cuduntur.

Reliquæ urbes sunt in Ducatibus Saxonicis positæ infra.



MAR-

# MARCHIONATUS CULMBACENSIS.

## Marchio Brandeburgico-Cumlbacensis S. R. I. Princeps FRIDERICUS, ex Domo Brandenburgica, Successit Anno 1734 17. Maji.

Hic Marchionatus concluditur à Borea Voitlandia, ab Ortu Palatinatu Superiore & Bohemia, ab Austro Ditione Norimbergica, ab Occasu Episcopatu Bambergensi. Terra plena montibus & sylvis. Dicitur Burgraviatus Norimbergensis Superior. Marchiones sunt ex Domo Brandeburgica.

*Long.* ° ′ *Lat.* ° ′

## Urbes MARCHIONATUS CULMBAC.

BAREUTH, *Byrauthum*, urbs & caput Principatus, sedesque Marchionum ex lin. Brandeburg. *34.26. 50.15.*

CULMBACH, urbs & olim sedes Marchionum cum arce Blassenburg. munita ad confl. Mœni albi & rubri. *34.17. 50.16.*

ERLANGA, urbs ad Rednitz fl. munita. *33.55. 49.40.*

GEFRES, urbs intra montes ad fontes Egræ. *34.56. 50.20.*

HOFFIUM, *Curia Variscorum*, urbs Voitlandiæ ad Fichtelberg.

NEOSTADIUM, urbs cum castro munito in monte Breuberg ad Muhling fl.

WEISSENSTADIUM, urbs ad Eger fl.

WONSIDLA, urbs non procul à monte Pinnifero ad Eger fl. *35. 9. 50.10.*



MAR-

# MARCHIONATUS ANSPACENSIS.

## MarchioBrandeburgicoOnolsbacenſis S.R.I. Pr. CAROLUS WILHELMUS FRIDERICUS, ex Domo Brandeburgica, Succeſſit Anno 1729. 12. Maji.

Hic Marchionatus concluditur à Borea Ditione Schwarzenbergica in Franconia, ab Ortu Ditione Norimbergica, ab Auſtro Epiſcopatu Eichſtadiano, ab Occaſu comitatu Hohenloico. Appellatur Burggraviatus Norimbergenſis Inferior. Marchiones ſunt ex Domo Brandeburgica.

*Long.* ° ′ *Lat.* ° ′

## Urbes MARCHIONATUS ANSPACEN.

33. 48. 49. 0. ANSPACH, *Onolzbach*, urbs & caput Principatus, ſedésque Marchionum ex Linea Brandeb. cum 2. Arcibus.

HAILSBRONNA olim Abbatia & ſepulchrum Marchionum, nunc Gymnaſium Principale.

GUNZENHAUSEN, urbs ad Altmühl fl.

RADELSBURGUM, caſtrum ad Biber fl.

KREGLINGA, urbs ad Tuberam fl.


33. 7. 49. 30. ROTT, *Rota*, urbs ad confl. Redniz & Rott fl.

SCHWABACUM, v. *Schwobach*, urbs mercatoria.

33. 7. 49. 30. UFFENHEMIUM, urbs ad Gollach fl.

WASSERTRUDINGA, urbs ad Wernitz fl.

WILZBURG & THANNBURG ſunt arces montanæ.



DITI-

# DITIO SCHWARZENBERGENSIS.

Schwarzenbergicus Princeps Imperii factus est priore Sæculo An. 1671. & paulò post in Collegio Principali Imperii accepit votum & Sessionem, Dux Crumlaviensis in Bohemia, ADAM FRANCISCUS CAROLUS, cui JOSEPHUS AUGUSTUS JOANNES NEPOMUCENUS, successit An. 1732.

*Long. Lat.*
° ′ ° ′

SCHWARZENBERGA, urbs & arx gentilitia Principum Schwarzenberg. 32.49. 49.57.

MARCKBREITA, urbs ad Mœnum fl. 32.47. 49.57.

DYNASTIA Seinsheimensis.

## COMITATUS HOHENLOHE.

Comites Hohenloici ex duabus Lineis capitalibus orti Neuensteinia & Waldenburgensi. Ex prima Comites Neuensteinii, Kirchbergici, Weickersheimenses, Langenbergici. Ex secunda Waldenburgici, Pfedelbacenses, Schillingsfürstenses, Bartensteinii.

BARTENSTEIN, urbs cum arce, & satrapia.

LANGENBERGA, urbs & arx in monte, sedesque Comitum de Hohenlohe ad Jaxt fl. 32.29. 49.19.

NEOSTEINIUM, urbs & arx sedesque Comitum de Hohenlohe.

OERINGA urbs cum Gymnasio.

PFEDELBACH, urbs cum arce, & sede Comitum de Hohenlohe ad Pfedelbach fl.

SCHILLINGSFURST, urbs & arx, sedesque Com. de Hohenlohe ad fontes Wernitz. 32.40. 49.20.

32.30. 49.21. SINDRINGA, urbs ad Kocher fl.

32.33. 49.42. WEICKERSHEIM, urbs & arx, ſedesque Comitum de Hohenlohe ad Tuberam fl.

## COMITATUS CASTEL
### ARX GENTILITIA.

32.50. 49.58. RUDENHAUSEN, urbs & arx Comitum.

RHEMLINGEN inter Wertheim & Würtzburg.

## COM. LIMBURG & SPECKFELD.

LIMBURGUM arx Gentilitia comitum, ad Halam Sueviæ huc pertinent Ditiones, Geildorff, Smidelfeld, Obern-Sontheim, Speckfeld. Defecit An. 1705. Feudum Imperii ceſſit Marchioni Brandeburgico.

32.50. 49.57. SPECKFELD, arx in edito Monte, gentilitia ad tractum Steigerwald defecit.

32.46. 49.57. SOMMERHAUSEN & WINTERHAUSEN, urbeculæ quas Mœnus dividit.

## COMITATUS Nunc PRINCIPATUS. LOEWENSTEIN Et WERTHEIM.

32.31. 49. 0. LOEWENSTEIN, arx Gentilitia non procul à Nicaro fl. & Hailbronna.

32.40. 49.52. WERTHEMIUM, urbs & arx, ſedesque Comitum de Wertheim, & Principum Löwenſtein ad confl. Mœni & Tuberæ.

## COMITATUS ERPACH.

31.50. 49.44 ERPACHIUM, urbs cum arce, caput Comitatus in ſylva Ottoniana ad Mübling fl.

TUIR-

*Long. Lat.* ° ′ ° ′

BREUBERGA, urbs in Comitatu, ſed communis Wertheimenſibus.

FURSTENAU, urbs ad Mübling fl.

MICHELSTADIUM, urbs ad Mübling fl.

## COMITATUS SCHOENBORN.

GEIBACH, Palatium & Hortus Comitum de Schönborn non procul à Mœno fl. 32.50. 49.59.

POMMERSFELDA, Palatium inſigne & Hortus Comitum de Schönborn non procul Bambergâ. 33. 1. 49.50.

REICHELSBERG, inter Mergenthemium & Winshemium.

WIESENTHAIDA, arx, ſedeſque Comitum de Schönborn ad Schwarzach fl. 32.49. 49.58.

## COMITATUS STADION CIRC. SUEV.

Præter Comitatum *Thanhauſen* in Suevia poſſidet in Franconia.

HALBURG, arcem cum Horto Comitum à Stadion ad Mœnum fl. 32.47. 49.59.

## Urbes IMPERIALES.

NORIMBERGA, urbs Imperialis ampla & munita cum arce, & Dominio aliquot oppidorum, inter quæ eſt Altorffium cum Academia, celebris eſt manufacturis maximè, quæ in molendinis ſupra fl. Pegnitz intra urbem conficiuntur. 33.19. 49.44.

ROTTENBURGUM, urbs Imperialis ad Tuberam fl. 32.47. 49.42.

SCHWEINFURTUM, urbs Imperialis munita in Ducatu Würzeburg. ad Mœnum fl. 32.47. 50. 6.

WEINSHEMIUM, urbs Imperialis ad Weſchniz fl. & Ayſch.

WEISSENBURGUM, urbs Imperialis Nordgoviæ, non procul inde eſt arx *Wiltzburg* munita ad Redniz fl.

*Gochshemium* & *Senfelda*, Pagi Imperii immediati propè Schweinfurtum.

## §. XIX.

# WETTERAVIA.

Regio inter Superiorem & Inferiorem Hassiam ab Ortu Franconiam respicit, à Wetter fluvio sic dicta, & per fluvium Lohnam in Australem & Borealem Wetteraviam dividitur, sunt in ea quatuor Liberæ

## Urbes IMPERIALES.

*4. Urbes Liberæ in Wetteravia.*

FRANCOFURTUM, urbs Imperialis ampla & munita, Emporium celebre Nundinis, & coronatione Imperatoris, à Mœno fl. dividitur in duas partes, quarum major Francofurtum, minor altera Saxenhausen dicitur, & ponte lapideo insigni utraque jungitur.

FRIEDBERGA, urbs vetus in monte inter Francofurtum & Giesam, ubi Burgraviatus & conventus Immediatæ Nobilitatis Imperii.

GELNHUSA, urbs vetus ad Kinzium fluvium non procul Hanovia.

WETZLARIA, urbs ad Lohnam fl. propè Giesam, quò Imperialis Camera Spirensis An. 1693. translata est.


# COMITATUS HANOVIUS.

## WILHELMUS, Landgravius Hasso-Cassellanus, ex cessione Fratris Regis Succiæ possessionem accepit An. 1736.

*Prætendentes Partium.*

HANAW, *Hanovia*, urbs vetus & nova munita, caput Comitatus ad confluxum Mœni & Kinzii. Ultimus Comitum hujus nominis decessit è vivis 17 6. successionem prætendunt Landgravii Hasso-Casselanus & Darmstadianus, partem etiam Elector Moguntinus.

SCHWAR-



Des
OBER-
RHEINISCHEN
Creißes
in
Teutschland
Nordlicher Theil
mit Seinen
abgetheilten
Provintzen.
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
Paderborn
Göttingen
Nordhaussen
Duderstadt
Heiligenstadt
Mühlhaussen
Gotha
Eysenach
Caßel
Corbach
Waldek
Marpurg
Gießen
Wetzlar
Dillenburg
Siegen
Fulda
Hirschfeld
Vacha
Schmalkalden
Masfeld
Königshoven
Schweinfurth
Würtzburg
Wertheim
Aschaffenburg
Hanau
Franckfurth
Friedberg
Maintz
Oppenheim
Altzey
Creutznach
Caub
Wesel
Coblentz
Nassau
Limpurg
Darmstatt
Hernsheim
Amorbach
Erpach
GRAFS WALDECK
HESSEN
ABTEY FULDE
OBER SACHSISCHEN
FRANCKEN
WESTPHALEN
Gemeine Teut. Meillen 15. in einen Grad
Erklærung der Zeichen
Große Stadt.
Mittlere u: Kl. Stadt.
Flecken und Dörffer.
Reichs Stadt.
Universidöt.
Post haus. ✝. Ertz Bisth.
Warmes Badt. ✝. Abtey.

SCHWARZENFELS, cum Dominio ad confinia Principatus Fuldensis, huic Comitatui accessit pariter.

MUNZENBERG, arx Gentilitia cum Dominio. Præter ea, quæ sunt in Alsatia.

LICHTENBERG, arx munita cum Comitatu ejusdem nominis.

BUSCHWEILER, urbs cum arce.

BITSCH, urbs cum Comitatu ejusd. nom. in Westerasia.

Reliqui Principatus & Comitatus in *VVetteravia* sequentur infra in *Nassovia*.

## §. XX.

# HASSIA LANDGRAVIATUS.

A Borea respicit Episcopatum Paderbornensem & Ducatum Brunswicensem, ab Ortu Thuringiam & Principatum Fuldensem, ab Austro Palatinatum Inferiorem & Archi-Episcopatum Moguntinum, ab Occasu Principatus Nassovicos & Waldeck. Dividitur in *Hassiam Superiorem & Inferiorem. Superior Australis* est *Lineæ Hasso-Darmstadianæ, Inferior Borealis* est *Lineæ Hasso-Cassellanæ*. Rami harum Linearum sunt: *Hasso-Homburg* & *Hasso-Rheinfels-Rotenburg-Wanfriden*. *Divisio Hassiæ.*

## HASSIA SUPERIOR AD MOENUM & RHENUM.

Landgravius Hasso-Darmstadiensis ERNESTUS LUDOVICUS, ex Domo Landgraviorum Hassiæ, successit An. 1688. Jubilæus Regiminis.

Long. Lat.
° ' ° '

## Urbes HASSIÆ SUPERIORIS.

31.29. 49.52. DARMSTADIUM, urbs & caput Comitatus Kazen-Elenbogen Superioris, ſedes Landgravii ad Darm fl.

AVERSBERG, urbs in Geravia.

BUZBACUM, urbs cum arce nobili ad Uſs fl. in Wetteravia.

32.10. 51.12. CORBACHIUM, urbs cum arce, caput Comitatus Waldeck ad Itter fl.

DORNBERG, ſatrapia in Comitatu Zigenhain.

GERAU, urbs non procul à Rheno.

31.44 50.33. GIESSEN, *Gieſa*, urbs munita cum Academia ad Lohnam fl.

GRUNBERG, urbs cum arce inter Marpurgum.

HOMBURGUM, *vor der Höhe*, urbs cum arce Olnm fl.

LICHTENBERG, Arx & ſatrapia ad ſylvam Ottonianam.

RHEINHEIM, urbs in Comitatu Katzen-Elenbogen.

31. 6. 50. 1. RUSSELSHEIM, urbs cum caſtro munito ad Mœnum fl.

TRIBUR, urbs non procul à Rheno olim magna & celebris.

ZWINGENBERG, urbs ad viam Montanam cum arce & ſatrapia.

### IN EA.

31.12 50. 4. NIDDA, urbs cum arce, caput Comitatus ad Niddam fl.

Præter Dominium circa Itter fl. & ſatrapias, *Battenberg*, *Allendorff*, *Burgmunden*, *Blanckenſtein*, *Franckenau*, *Gleida*, *Heſſenſtein*, *Grabenau*, *Holtzfeld*, *Romrod*, *Roſenthal*, *Rosbach*, *Stauffenberg* &c.

HAS-

# HASSIA
## LANDGRAVIATUS INFERIOR
### *Ad Fuldam & Werram fl.*

Landgraviatus hic olim erat Idem cum Thuringia ſed deficiente ſtirpe *Ludovici*, qui erat Gener *Lotharii* Imperatoris, inter duos *Henricos* diviſus eſt, ita ut *Henricus Brabantinus* Haſſiam, *Henricus* Misniæ Marchio *Thuringiam* ſibi vendicaret, quæ deinde inter Duces Saxoniæ diſtracta eſt; *Haſſia* verò per Pacem Monaſterienſem An. 1648. multùm aucta eſt, & nunc rigatur Rheno, Fulda, Edera, Lohna & Werra.

Landgravius Haſſo-Caſſelanus FRIDERICUS, ex Domo Landgraviorum, Rex Sueciæ, ſucceſſit An. 1730. Vice-Landgravius *Wilhelmus* Frater *Friderici* & ab An. 1736. Hanoviæ Comes, poſt ultimum Comitem de Hanau.

*Long. Lat.*
° ′ ° ′

## Urbes HASSIÆ INFERIORIS.

CASSEL; *Caſſellæ*, urbs duplex Nova & Vetus munita, & caput Landgraviatus inferioris ſedesque Principum ad Fuldam fl. celebres hic ſunt aquæductus & Horti. 32.35. 51.19.

ALLENDORFFIUM, urbs, ubi ſalinæ.

BORCK, urbs & ſatrapia.

BRAUBACH. urbs Lineæ Rheinfeldicæ.

CREUTZBERGA, urbs cum arce & reſidentia Philippsthal.

ESCHWEGEN, urbs ad Werram fl. 32.37. 51.20.

FELSBERGA, urbs & ſatrapia.

FRANCKENBERGA, urbs antiqua ad Eder fl.

GUTENBERGA, urbs & ſatrapia.

S. GO-

Ab obitu Comitum de *Schaumburg* An. 1640. ut plurimùm *Regi Daniæ* obvenit. Quatuor tantùm Satrapiæ *Duci Holſatico* relictæ, ſcil. *Steinhorſtium*, *Trittovium*, *Tremsbüttela* & *Reinbecca*. Prima ſatrapia hodie à Duce Hannoverano occupata.

PINEBERGA, urbs cum arce & Comitatu ad Peine fl.

31.53. 53.52. RHEINBECK, urbs non procul ab Hamburgo.

WANDERBECK, urbs propè Hamburgum.

32. 6. 53.43. WEDEL & WILSTER, urbs ad Albim fl.


# DUCATUS SLESWICENSIS.

Partim *Regis Daniæ*, partim *Ducis Hollſtein Gottorp*, urbs autem *Schleswicum* tota eſt dicti *Ducis*. Ducatus terminatur à Borea Jutlandia Danica, ab Ortu ſinu Balthico, ab Auſtro Ducatu Hollſtein, ab Occaſu mari Germanico. In longitudine extenditur ad 18. Milliaria, in latitudine 8. Milliaria. Rigatur Eydera, Schlia, Trena, Widova, fluviis.

31.51. 54.44. SLESWICK, *Sleswicum*, urbs & Emporium celebre, caput Ducatus ad oſtium Schliæ fl. Ingredientis ſinum anguſtum maris Balthici cum portu commodo.

31.52. 54.45. GOTTORP, non procul ab urbe Sleswick ad eundem ſinum, Arx nobilis natura & arte munita, & ſedes Ducum Sleswicenſium, ſive Hollſtein Gottorp.

AP-



Des Ober Sächßischen Creißes Nordlicher Theil mit seinen abgetheilten Provintzen
Gemeine Teutsche Meilen 15 auff einen Grad gerechnet.
Erklærung derer Zeichen.
Eine Vestung.
Große Stadt.
Kleine Stadt.
Dorff.
Septentrio.
Meridies.
MARE BALTICUM oder die OOST SEE
SEELAND
SCHONEN
I. BORNHOLM
Ducatus HOLSATIÆ PARS
RÜGEN I: und Fürstenthum
MECKLENBURG
Stralsund
Rostock
Wismar
Gustrow
Swerin
HERTZOGTHUM CASSUBEN
HERTZOGTHUM WENDEN
Herrschafft Löwenburg
Stettin
Berlin
Magdeburg
Havelberg
Spandau
Potzdam
Franckfurth
Crossen
Landsberg
NEUE MARCK
MITTEL MARCK
ALTE MARCK
PRIGNITZ
POHLNISCHE GRÆNTZE
SÆCHSSISCHE GRÆNTZE

*Long.* ° ′ *Lat* ° ′

APPENRADE, urbs non procul inde.

ECKLENFORD, urbs cum inſigni portu & arce Eckernborg. 32.12. 54 40.

FLENSBURG, urbs cum arce ſede Ducum, & portu ad M. Balth. 31.42. 54.59.

FRIDERICHSTATT, urbs ad confl. Tren & Eyder fl. 31 19. 54.40.

HADERSLEBEN, urbs cum arce ad ſinum Maris Balthici.

HUSUM, urbs cum arce & Portu. 31.24. 54.44.

SUAVESTED, urbs ad Eyder fl.

THONINGEN, urbs & Emporium munitum ad oſtium Eyder fl. 31. 6. 54.38.

TONDEREN, urbs cum caſtro munito ad Widow fl. 31. 0. 55.0.

*Inſulæ* hujus Ducatus, nunc à Rege Daniæ poſſeſſæ ſunt: *Alſen* in qua ſunt *Nordburg* & *Sonderburg* arces ſedesque Ducum. Item *Fora*, *Sylt*, *Ræni*, & *Aroë* cum arce *Köping*.

## MARCHIA
# BRANDEBURGICA.

### *Elector & Marchio Brandeburgicus* FRIDERICUS WILHELMUS, ſucceſſit An. 1713. 25. Febr. Rex Pruſſiæ.

*Domus Brandeburgica* in 3. Capitales lineas diviſa, *Regalem Pruſſicam*, ſive *Electoralem Brandeburgicam*, *Marchionales* 2. *Beyreythanam* & *Anſpacenſem*. *Electoralis* hanc *Marchiam* poſſidet in 5. partes ſubdiviſam, nempe *Marchiam Veterem*, *Priegniciam*, *Uckeram*, *Novam Marchiam*, *Mediam Marchiam*. *Marchia Vetus* terminatur Ducatibus Magdeburgenſi & Luneburgenſi, ac fluvio Priegniz. *Priegnicia* Ducatu Mecklenburgico, Veteri & Media Marchia. *Uckera* Pomerana & media Marchia. *Nova Marchia* à Borea Pomerania, ab Ortu Polonia, ab Auſtro Sileſia, ab Occaſu

*Lineæ Brandeburg.*

*Diviſio Marchiæ.*

Long, Lat. ° , ° , casu *Marchia Media.* Vetus Marchia rigatur Albi, Spreha, Vechta, Alanta, Bisa, Duma, Jetza, fluviis.

## VETUS MARCHIA.

36.18. 52.29. BERLIN, *Berolinum*, urbs ampla quadripartita, præter nova suburbia caput totius Marchionatus & sedes Electoris Imperii, ad Spree fl. cum insigni Bibliotheca, Societate litteratorum & armamentario.

34.40. 52.34 STENDEL, *Stendalia*, urbs & caput Marchiæ Veteris ad Vecht fl.

ARNEBURG, urbs ad Albim fl.

34.21. 52.42. BISMARCKT, urbs non procul à Bis fl.

34.28. 52.49. OSTERBURG, urbs ad confl. Bise & Vecht.

33.49. 52.53. SALTWEDEL, *Soltquella*, urbs ad confl. Dume & Jetze fl.

TANGERMUNDA, urbs cum arce ad confl. Tanger & Albis.

WERBEN, *Varinum*, urbs ad confl. Alant & Albis fl. cum fortalitio.

## PRIEGNICIA MARCHIA.

Inter Ducatum Mecklenburgensem ac inter veterem ac Mediam Marchiam media. Rigatur Albi, Havela, Drosa, Stepeniza, fluviis.

34.54. 52.49. HAVELBERG, urbs olim Episcopalis, caput Provinciæ ad Havel fl.

NEUSTATT, urbs ad Drose fl.

34.38. 53. 6. PERLEBURGUM, urbs ad Stepeniz fl.

PREUZWALD, urbs ad sylvam Preuz.

WITTSTOCK, urbs ad Dorse fl.

34.34. 53. 1. WITTEBERGA, urbs ad confluxum Stepeniz & Albis fl.

WILSNACK, urbs non procul inde.

KIRIZ, urbs inter Stepeniz & Albim.

LENZEN, urbs non procul ab Albi fl.

UCKER

# UCKER MARCHIA.

*Long. Lat.*
° ′ ° ′

Inter Mediam Marchiam, Comitatum Ruppin., Ducatum Mecklenburgicum & Pomeraniam. Rigatur Uckera & Randa, fluviis.

PRENSLAW, urbs & caput Provinciæ ad Ucker fl. & Lacum Uckersee. 36.19. 53.19.

BATZENBURGUM, urbs ad lacum minorem.

LOCKENIZ, urbs cum Fortalitio ad Rando fl. 36.40. 53.32.

GRAMZOW, urbs non procul à Lacu.

POTZLOW, urbs ad lacum parvum.

PRESOW, urbs non procul ab Ucker fl. 36.23. 53.13.

STRASBURGUM, urbs ad lacum parvum.

WOLDECK, urbs ad lacum parvum. 36. 2. 53.29.

# NOVA MARCHIA.

Concluditur à Borea Pomerania, ab Ortu Polonia, ab Austro Silesia, ab Occasu Marchia Media. Rigatur Odera, Traga, Neza, Rega, Warta, fluviis.

CUSTRINUM, urbs & munimentum fortissimum in Insula Viadri ad Oderam fl. 37.18. 52.32.

ARENSWALD, urbs ad Lacum Slavin.

BERNWALD, urbs ad Lacum.

DRIESSEN, insigne munimentum ad confl. Trage & Neze fl.

FALCKENBURGUM, urbs ad Trage fl.

LANDSPERG, urbs ad Warta fl. 36.57. 52.28.

LIPPEEN, urbs, quam aliqui confundunt cum Lippe.

NIENWEDEL, urbs ad Tragam fl.

NEUBERLIN, Berlinchen, ad limites Pomeraniæ.

SCHIFELBEIN, urbs cum arce ad Rege fl.

SCHILDBERG, urbs ad Silesiæ terminos.

SCHONFLIES, urbs cum satrapia.

Long. Lat.
° ′ ° ′

# MEDIA MARCHIA.

Inter Novam Marchiam & Priegniciam limitatur Lusatia & Saxonia Superiore. Rigatur Odera, Havela, Spreha, Rhina, Traga. Ada, Uckera, Pancka, fluviis.

35 40. 53.35. BRANDEBURGUM, urbs olim Episcopalis cum Ecclesia Cathedrali in Monte Marienberg, & caput Marchiæ mediæ, ad Havel fl. à quo in novam & veterem urbem dividitur, & Lacu duas leucas longo alluitur.

35.40. 52.16. BELLITZ, urbs ad Ada fl.

BERNAW, urbs ad Pancka fl.

CALIS, *Calisium*, urbs ad Trage fl. & lacum.

DROSEN, urbs non procul ab Odera fl.

FEHRBELLIN, urbs munita ad Rhin fl.

37 12. 52.*9. FRANCKFURT, urbs munita cum Academia ad Oderam fl.

FRISACK, urbs ad Rhin fl.

36.41. 52.22. FURSTENWALD, urbs ad Spree fl.

GRIMNIZ, Arx Venatoria Electoris.

KEPENICK, urbs cum arce ad Spree fl.

35.48. 52.47. KREMME, urbs non procul à Rhin fl.

37.10. 52.28. LEBUS, *Lebusium*, urbs olim Episcopalis, cum arce, ad Oderam fl.

LIEBENWALD, urbs cum arce ad Havel fl.

LICHEM, *Lycha*, urbs ad duos lacus.

36.13. 52.17. MITTENWALD, urbs inter Sylvas & Paludes.

MUNCHSBERGA, urbs ad Lacum.

NEUSTATT, urbs ad Havel fl.

ODERBERGA, Munimentum in Insula Oderæ fl.

36. 5. 5 .43. ORANIENBURGUM, urbs cum insigni Palatio Electorali ad Havel fl.

POTZDAM, *Postlemium*, Insigne Palatium Electoris ad Havel fl.

35.10. 52.37. RATTENAW, urbs ad Havel fl.

| | Long. | Lat. |
|---|---|---|
| | ° ′ | ° ′ |
| RHINOW, urbs ad Rhin fl. | | |
| SCHWETT, urbs cum arce ad Oderam fl. | 36.25. | 52.54. |
| SOLDIN, urbs ad Lacum Mirzel. | | |
| SONNEBERG, ſedes M. Prioris Equitum S. Joannis. | | |
| SPANDAU, urbs & inſigne munimentum ad confl. Spree & Havel. | 36. 7. | 52.34. |
| STERNBERG, urbs cum amplo Dominio in agro Stollomontano usque ad terminos Sileſiæ inter Wartam & Oderam fl. | 37.37. | 52. 23. |
| STOLPEN, urbs cum arce ad Oderam fl. | | |
| STRAUSBERGA, urbs ad Unckel fl. | | |
| TEMPLIN, urbs ad Lacum Tolga, à Templariis ædificata. | 36.17 | 53. 3. |
| TREBBIN, urbs ad Ucker fl. | | |
| TREWENBRIZZEN, urbs ad Ada fl. ita dicta, quia Legitimo D. contra Marchionem Waldemar fidelis permanſit. | 35.37. | 52. 8. |
| ZEDENIC, urbs ad Havel fl. | | |

# POMERANIA.

Nunc Potiſſima Regis Pruſſiæ. *Pomerania tota* concluditur, à Septentrione Mari Balthico, ab Ortu Pruſſia Polonica, ab Auſtro Marchia Brandeburgica, ab Occaſu Ducatu Mecklenburgico, eſt *Ducatus Circuli Saxonici Superioris* ab An. 1637. Terra ferax frumenti, mellis, ceræ, ligni, multorum paſcuorum, ſtagnorum, fluminum, unde commerciis opportuna. Odera fluvius eam dividit in *Citeriorem* in qua Ducatus *Stettinenſis*, *Guzkovienſis*, *Wolgaſtienſis*, *Barthienſis*, quos cum Inſulis prætendit *Rex Sueciæ Inſulæ Rügen*, *Uſedom*, *Wollim*, & *Ulteriorem Brandeburgicam*, in qua *Ducatus Caſſubia*, *Wenden*, ſive *Venedorum*, pluraque Dominia.

Long. Lat.
° ′ ° ′

# POMERANIA CITERIOR

## Versùs Occaſum.

## *Vor-Pommern.*

36.58. 53.30. STETTINUM, urbs munita & caput Ducatus, cum arce illuſtri ad Oderam fl.

36.16. 53.57. ANCLAM, urbs bene munita ad Peene fl.

CUMEROW, urbs ad lacum hujus nom.

35.27. 53.58. DEMIN, inſigne munimentum ad confl. Peene, Trebel & Tollens.

36.57. 53.21. GARZA, urbs bene munita ad Oderam fl.

JASENIZA, urbs ad Oderam fl.

LASSANUM, urbs ad Oderam fl.

ODERBURGUM, urbs ad Oderam fl.

36.33. 52.37. PASSEWALCK, urbs ad Ucker fl.

TORGELOW, urbs ad Ucker fl.

38. 1. 54. 0. TREPTOW, urbs ad Tollens fl.

36.36. 53.56. UCKERMUNDA, urbs ad oſtium Uckeræ.

# INSULÆ hujus POMERANIÆ.

## *Inſula Rügen.*

Rugiæ Principatus olim habuiſſe dicitur opibus potentes urbes *Arconam* & *Carentiam*, hodie tantùm *Bergen* & *Butbus*.

35. 7. 54.45. BERGEN, urbs cum arce, & caput Inſulæ Rugen.

BUTBUS, oppidum cum arce.

FERSCHANZ, inſigne Fortalitium contra *Stralſundam*; ſunt præterea in hac 4. Fortalitia.

36.28. 54. 2. USSEDOM, urbs in Inſula hujus nom. propè Uſſedom fuit olim *VVineta* Magna & potens urbs mercimoniis, quæ Anno 798. partim à *Rege Daniæ* diruta, partim *Mari Balthico* abſorpta eſt.

37.14. 53.56. VVOLLIM, urbs cum arce in Inſula ej. nom.

Huc etiam refertur *Epiſcopatus Caminenſis*.

TER-

## TERRITORIUM BARTHENSE.

Long. Lat.
° ' ° '

*Dynastia Barthensis* inter *Reknizium* & *Trebellam fl.* ad mare Balthicum ab ultimo bello Suecico An. 1720. cum tota fermè Pomerania Suecica cessit Marchioni Brandeburgico.

BARTH, urbs & caput hujus Ditionis cum arce insigni ad ostium Barth fl. intrantis in Mare Balthicum. 35.27. 54 34.

DAMGARTEN, urbs bene munita ad Reckeniz fl. 35.15. 54.21.

FRANZBURGUM, urbs cum arce ad stagnum ignob.

GRIMMA, urbs ad fl. Ignob non procul à Stralsunda.

RICHTERBERGA, urbs ad Trebel fl.

STRALSUNDA, urbs bene munita cum portu ad fretum inter Pomeraniam & Rugiam Insulam. 35.40. 54.30.

TRIBSEE, munimentum forte cum arce ad Trevel fl.

## COMITATUS GUZKOVIENSIS.

GUZKOW, urbs & caput Comitatus ad Peene fl.

GRYPSWALD, urbs cum Academia cum portu ad parvum sinum Maris Balthici. 35.50. 54. 1. 35.50. 54.13.

LOYZA, urbs cum arce ad Peene fl.

RENZINUM, urbs ad amnem ignob.

## DUCATUS WOLGASTENSIS.

Variis exagitatus potentiis currente hoc Sæculo, modo à Russis, modo à Prussis, modo â Suecis, modo ab aliis Ligis Borealibus in Guzkoviensi districtu.

WOLGASTUM, urbs bene munita, & caput Ducatus cum Arce ad Peene fl. & portu commodo. 36.17. 54.16.

# POMERANIA
## ULTERIOR BRANDEBURGICA
### Versùs Ortum.
### *Hinter-Pommeren.*

Inter *Oderam* & *Pega* fluvium ac *Pomerelliam* Dantiscanam tota est *Marchionis Brandeburgici.*

DU-

Long. Lat. } ° ′ ° ′

## DUCATUS STARGARDIENSIS.

36. 0. 53. 28. STARGARDIA NOVA, urbs bene munita & caput Pomeraniæ Brandeburgicæ, cum Regimine, Cancellaria, & Commiſſariatu, ad Ihne fl.

BANA, urbs ad Lacum Ignob.

37. 31. 54. 0. CAMINUM, urbs olim Epiſcopalis ad oſtium Oderæ fl.

DAMMA, urbs munita ad Oderam fl.

FREYENWALD, urbs ad Crampel fl. cum Thermis.

GOLNAU, urbs ad Ihne fl.

KOLBAZ, urbs ad Plone fl.

## DUCATUS VENEDORUM.

### *Wenden.*

Terminatur à Borea Mari Balthico, ab Ortu Butovia, ab Auſtro Waldovia, ab Occaſu Caſſubia, nunc Regis Pruſſici. Rigatur Wippera, Stolpa, Loba, Luppa, Graba, Debbera, fluviis.

39. 11. 54. 20. RUGENWALD, urbs & caput Ducatus cum arce & portu ad Wipper fl.

40. 18. 53. 54. BUCKOW, Monaſterium ad ſinum Maris Balthici.

40. 18. 53. 53. BUTOW, urbs cum Ditione propria circa fontes Stolpæ.

GANGE, urbs ad Grabow fl.

LAWENBURGUM, urbs cum ditione propria, ſed feudum Regis Poloniæ ad Lobo fl. versùs Dantiscum.

39. 32. 53. 58. POLNAW, urbs ad Grobaco fl.

RUMMELSBURG, urbs ad Depper fl.

SCHLAGE, urbs ad Wipper fl.

39. 58. 54. 36. SMOLSIN, urbs ad Kuppow fl.

STOLPE, urbs ad Stolpam fl.

## DUCATUS CASSUBIÆ.

Terminatur à Borea Mari Balthico, ab Ortu Pruſſia, ab

Auſtro

*Long.* ° ′ *Lat.* ° ′

Auſtro Polonia, ab Occaſu Nova Marchia ſub Dominio Regis Pruſſiæ. Rigatur potiſſimùm Perſante & Rega, fluviis.

## Urbes CASSUBIÆ.

COLBERGA, urbs Hanſeatica bene munita, & caput Ducatûs, ad exitum Perſante fl. in Mare Balthicum cum portu, in qua olim Præpoſitura cum Eccleſ. Colleg. 38.27. 54. 8.

ARNHUSA, in confinibus ad montes.

BELGART, urbs cum arce ad Perſante fl. 38.50. 54. 2.

BEERWOLDE, urbs ad fontes Perſante fl. 39. 7. 53.47.

CASIMIBURGUM, urbs ad lacum Jarnenſem.

CORLINUM, urbs cum arce ad Perſante fl.

COSLINUM, urbs olim ſedes Epiſcopi Caminenſis, nunc Regiminis Brandeburgici. 39.11. 54.17

DABERA, urbs ad lacum cognominem.

GREIFFENBERGA, urbs ad Regen fl.

GREIFFENHAGA urbs munita ad Oderam fl. 27.14. 53.58.

NEU-TREPTOW, urbs ad Regen fl.

NEU-GARTEN, *Gartia*, urbs inter duos lacus.

NEU-STETTIN, urbs ad Lacum Villem. 39.44. 53.40.

PINZA, urbs non procul à lacu Madui.

POLZIN, urbs non procul à lacu Dracio.

QUARCKENBURG, urbs cum arce ad fl. Ignobilem.

REGENWALD, urbs ad Regen fl. 38. 0. 53.49.

STRAMMEL, urbs ad Rega fl.



Long. Lat.
° ' ° '

# §. XIX.
# REGNUM PRUSSIA.
## BORUSSIA BRANDEBURGICA.
## Rex Prussiæ Brandeburgicæ FRIDERICUS WILHELMUS, successit Anno 1713. 25. Febr.

*Regnum Prussiæ* concluditur, à septentrione Mari Balthico & Samogitia, ab Ortu Lithuania & Podlachia, ab Austro Masovia, ab Occasu Vistula fl. & Pomerellia. Olim Equitum Ord. Teut. deinde Ducatus, Feudum Poloniæ A. 1525. à Sigismundo I. declaratus & collatus Alberto Marchioni Brandeburg. nunc ab Anno 1710. per Leopoldum I. est Regnum, divisum in tres *Circulos*, *Sambiensem*, *Natangiensem* & *Hockerlandiensem*. Terra fœcunda est frumento, melle, cera, ligno, piscibus, pecoribus, & feris sylvestribus. Rigatur Pregela, Alla, Instera, Passerga, Dema, Steina, Vistula, Licha, Schona, Dribenza, Niema, Tilsa, Memela, fluviis.

*Circuli Prussiæ Regni.*

44.15. 54.43 KOENIGSBERG, *Regiomontum*, urbs olim Episcopalis, nunc caput totius Prussiæ Regiæ, bene munita cum arce, Palatio Regio, Academia & Bibliotheca insigni, Emporium celebre cum portu, ad Pregel fl. & sinum Maris Balthici in circulo Sambiensi.

44.43. 54 5. ANGERBURG, urbs cum arce, ad lacum Bircken & ostium Angerab fl.

44 12. 54 36. BRANDENBURG, urbs ad sinum Frischaff & exitum Pregel fl. in Circ. Natangiensi.

CHRISTBURG, urbs vetusta ad Sargun fl. in circulo Hockerlandiæ.

CREMITEN, urbs cum arce ad Pregel fl.

CREUZBURG, urbs inter Posmer & Caupter fl.

FISCH-



REGNI PRUSSIÆ accurata delineatio.
MARE BALTHICUM
DANTZIGER RHEDE
PRUSSIA
REGNUM
POLONICA
POLONIÆ PARS
SAMOGITIÆ DUCATUS PARS
POMERANIA
PRUS
PALATINATUS
POMERELLIÆ
CUIAVIÆ
KÖNIGSBERG
DANTZICK
ELBING
MARIENBURG
Pillaw
THORN
CULM
HEILSPERG
Milliaria Germanica Commu
15. in uno Gradu

| | *Long.* ° ′ | *Lat.* ° ′ |
|---|---|---|
| FISCHAUSEN, urbs cum arce & Friſchaff in circulo Sambienſi. | 44 13. | 54 44 |
| FRIDLAND, urbs ad Alle fl. | | |
| GEORGENBURG, urbs cum arce ad Inſter fl. | 44.30. | 54.30 |
| GOLDAP, urbs ad lacum Rottenſee in circulo Sambienſi. | | |
| HEILIGENPEIL, urbs non procul à Friſchaff. | | |
| HOHENSTEIN, *Holſtineck*, urbs ad fontes Paſſerg fl. | | |
| HOLLAND, urbs cum arce ad Sall fl. in circulo Hockerlandiæ. | | |
| JOANSBURG, urbs cum arce & Inſula in circulo Natangienſi. | 44.50. | 53.31. |
| LOBIAVV, urbs cum caſtro in Inſula ad Deme fl. | 43.44. | 53.45. |
| LANDSBERGA, urbs ad Stein fl. in Natangia. | | |
| LIBMUHL, urbs olim Epiſcopalis, inter 70. parvos lacus feraces piſcium. | | |
| LIBSTATT, urbs ad Paſſerg fl. | | |
| LICH, urbs in Inſula ad Lich fl. | 45. 0. | 53 40. |
| MARIENVVERDA, urbs cum arce ad Viſtulam fl. & confl. Nagoth & Lieb. | 41.33. | 53.56. |
| MEMEL, urbs munita cum arce in Inſula Tange fl. ad lacum curienſem cum portu in Sambia. | 43.50. | 55.48. |
| MONINGA, urbs ad lacum & Driel fl. | | |
| MUHLHAUSEN, urbs ad Schon fl. | | |
| NEIDENBURG, urbs cum arce in Galinderland. | | |
| OLEZKO, urbs ad lacum & fl ejus nominis. | | |
| ORTELSBURG, arx ad VValpuſch fl. & lacum. | | |
| OSTERODA, urbs cum arce ad Dribenz fl. & lacum in Hockerlandia. | | |
| PILLAU, urbs munita cum portu ad Friſchaff in Sambia, ubi vectigal. | 42.53. | 54.41. |
| RAGNIZ, urbs cum arce ad Nieme fl. | | |
| ROSENBERG, urbs inter duos lacus. | | |
| SALFELD, urbs ad lacum Mehing. | 42.22. | 54. 5 |
| SEEBURG, urbs cum arce ad lacum Biſon. | | |

42.58. 53.28. SOLDAU, urbs ad lacum ejusdem nominis.
TILSE, urbs cum arce ad confl. Tilſe & Memel fl.
43.11. 53.47. VVARTENBURG, urbs cum arce ad lacum Biſen.
44. 0. 54.29. VVELAVV, urbs ad confl. Inſte & Alla fl.
VVILDENBERG, urbs ad Omuleff fl.

## §. XX.

# PRUSSIA POLONICA.

## PALATIN. MARIENBURGENSIS.

*Palatinatus Pruſſiæ Polonicæ.*

*Pruſſia Polonica* certis Legibus & Privilegiis Regi Poloniæ ſubjecta, complectitur in ſe tres *Palatinatus, Woywodſchafften: Marienburgenſem, Culmenſem, Warmelandienſem,* & *Regionem Dantiſcanam Pomerelliæ.* Hic ad Oras Maris Balthici copioſum ſuccinum, Agt, ſive Bernſtein invenitur; ſed nulli privato ejus collectio conceditur, niſi ſoli ſupremo regionis Domino tanquam Regale. Rigatur Viſtula, Elbinga, Schwenta, Bibera, Oſſa, Schona, Paſſerga, VValſcha, Alla, fluviis.

41.48. 54.15. MARIENBURG, urbs ampla munita & caput Palatinatus in Inſula Viſtulæ, VVeickſel fl.

42.18. 54.12. ELBINGA, urbs munita, elegans, & Emporium Hanſeaticum ad Elbing fl.

NEUTEICH, urbs ad Schwente fl.

STUMMA, urbs cum arce propè Marieburg.

## PALATIN. CULMENSIS.

42. 9. 53.35. CULMA, urbs Epiſcopalis & Emporium Hanſeaticum ad Viſtulam fl.

42.25. 53.20. CULMENSEE, urbs Epiſcopi Culmenſis ſedes, non procul Thorunio

FRIDECK, urbs non procul à Culmenſee.

GOLUP, urbs & arx ad Dribenz fl.

GRAU-

GRAUDENZA, urbs ad confl. Offæ & Viſtulæ.
LESSENA, urbs ad 3. lacus & Oſſa fl.
LUBAVV, urbs cum arce Epiſcopali.
NEUMARCK, urbs ad Dribenz fl.
STRASBURGUM, urbs cum arce ad Dribenz. 43. 1. 53.28.
THORN, urbs ampla & Emporium celebre ad Viſtulam fl. 42.23. 53.17.

## PALATIN. WARMIENSIS.

BRAUNSBERG, urbs ad confl. Paſſerg & Biber.
FRAVVENBURG, urbs ad oſtium Schon fl. 42.17. 54.*22
HEILSPERG, urbs Epiſc. VVarmienſis ad Alle fl.
MELSAC, urbs ad VValſcha fl.
VVORMDIT, urbs cum arce ad Dribenz fl.

# POMERELLIA.

*Dominium Dantiſcanum* ad 5. Milliaria in Longitudinem, ad 3. in latitudinem extenditur præter *Neringiam* ad Mare Balthicum, & *Heilam* ditiones, & jus coëmendi omnia frumenta & divendendi, quæ per naves frequentiſſimè ad portum Dantiſcanum advehuntur. Fœcundatur Viſtula, Radauna, Motla, Ferſa, Brocha, Kadda, Notelza, fluviis. *Diſtrictus Gedanus.*

DANTZIG, *Gedanum*, urbs ampla, benè munita cum fortalitio Weixelmunda, caput totius Regionis, Emporium Hanſeaticum celebre cum portu ad Mare Balthicum, & confluxum trium fluminum, Weixel, Radaun, Motlau fl. olim erat nobile Imperii membrum, hodie in Reipub. modum adminiſtrata, ſubeſt Regis Poloniæ protectioni, cum inſigni Bibliotheca & armamentario. 41.28. 54.*22
BISCHMARCK, urbs ad confinia Caſſubiæ.
BERAUN, urbs ad fontes Fers fl.
BRAUNSPERG, urbs in Wermeland ad Bro fl.
CONIZ, urbs ad Bro fl.

| Long. | Lat. | |
|---|---|---|
| ° ʹ | ° ʹ | DIRSCHAW, urbs ad Viſtulam fl. |
| 41.29. | 54.17. | FREDLAND, urbs ad montes deſerti Waldow. |
| | | HAMMERSTEIN, urbs intra montes ejusdem deſ. |
| | | LANDECK, urbs ad Kaddow fl. |
| | | MEWE, *Mevia*, urbs ad confl. Fers & Viſtulæ. |
| | | MIRCKAW, urbs ad fontes Katz fl. |
| | | NACKEL, urbs in Inſula Noterz fl. |
| | | NEUBURG, urbs cum arce ad Viſtulam fl. |
| 41.33. | 54.20. | PAUTZKE, urbs cum arce ad ſinum Maris Balthici. |
| | | SCHLOCKAVV, arx inſignis ad Bro fl. |
| | | SCHONECK, urbs ad Fers fl. |
| | | SCHVVETZ, urbs ad Viſtulam fl. |
| | | STARGARD, urbs ad Fers fl. inter Schoneck & Pölplin urbeculas. |
| | | TAUCHEL, urbs ad Bro fl. |

## §. XXI.

# LIVONIA PROVINCIA.

## Nunc Domina Livoniæ ANNA IVANNOWNA, Ruſſorum Imperatrix.

*Olim Equitum Ord. Teut.*

*Livoniam*, licet hodie ſubjectam *Ruſſis*, *Imperio Germanico* adjungimus, quia *Equites Ordinis Teutonici* eam poſſederunt, donec *Marchio Brandeburgicus Albertus M. Ordinis Magiſter* ab Ordine & fide defecerat. Terra fertilis frumento, & paſcuis, ſoletque dividi in *Eſtoniam* Borealem & *Lettiam* Auſtralem, à Borea reſpicit ſinum Finnicum, ab Ortu Ingermanlandiam & Moſcoviam, ab Auſtro Samogitiam & Lithuaniam, ab Occaſu Mare Balthicum.

## ESTHONIA PARS LIVONIÆ BOREAL.

### *Eſthen.*

Terminatur à Borea ſinu Finnico, ab Ortu Ingria, ab Auſtro

Austro Lettia, ab Occasu Mari Balthico, præter subjectas urbes complectitur Insulas majores *Oeselam*, & *Dagedoën*: minores Moën, VVarmsoë, VVrangoë, Rien, VVodesholm &c. fluvios Narvam, Einbeckam, Evestam, Velam, Pernam, & alios minores.

## Urbes ESTHONIÆ.

REVAL, *Revalia* urbs & caput Provinciæ cum arce munita, & portu ad sinum Finnicum, Emporium celebre. 46. 5. 59.10.

DERPT, *Derpatum*, urbs ad Einbeck fl.

HAPSAL, *Hapsalia*, urbs cum portu.

HELMET, urbs non procul à lacu VVerzer.

LAIS, urbs non procul à lacu Peipus.

LODE, *Luda*, urbs ad Evest. fl.

NARVA, urbs cum arce munita ad Ostium fluminis Narva, cui ex opposito littore consistit. 50. 8. 59. 9.

JVANOGROD, urbs itidem munita.

OVERPOLEN, urbs ad Einbeck fl.

PERNAVV, urbs olim Episcopalis cum arce munita & Academia. 45.56. 58. 13.

RINGEN, urbs ad lacum VVerezer.

TOLSBERGA, urbs cum arce & portu ad sinum finnicum. 48.31. 59.10.

VVELIN *Velinum*, urbs ad Vela fl.

VVERNEBECK, *Verbecum*, urbs ad lac. Peipus.

VVITTENSTEIN, urbs ad Pernaw fl.

VVEISSENBERG, urbs propè Solsberg.

## LETTIA PARS LIVONIÆ AUSTRALIS LETTEN.

Terminatur à Borea Esthonia, ab Ortu Plescovia, ab Austro Curlandia, ab Occasu sinu Livonico. Populi totius Livoniæ loquuntur Germanicè. Rigatur Dwina, Dura, Treida, fluviis.

RI-

## Urbes LETTIÆ.

46.18. 56.52. RIGA, urbs & caput Provinciæ, cum arce munita & Emporio ad Ostium Dwinæ fl. cum portu.

DUNEBURGUM, urbs ad Dwinam fl.

DUNEMUND, munimentum Rigæ vicinum.

47. 9. 56.21. KOCHENHAUSEN, castrum munitum ad Duram.

MARIENHAUSEN, monasterium in med. lacu.

VVENDEN, urbs ad Treidem fl.

VVOLMER, *Volmaria*, urbs ad Treidem.

## §. XXII.

# CURLANDIA.

## DUCATUS & SEMIGALLIA.

Terminatur à Borea per fluvium Dwinam à Livonia, ab Ortu Lithuania ab Austro Samogitia, ab Occasu Mari Balthico. Ducatus est feudum Poloniæ à tempore, quo *Sigismundus Augustus* Poloniæ Rex eum tradidit *Kettleriana* familiæ, cui An. 1738. deficienti, suffecta est Familia de Biron.

## Urbes CURLANDIÆ.

44. 0. 56.30. GOLDINGA, urbs & caput Ducatus ad VVettam fl. in Semigallia.

ANGERMUNDA, urbs ad Ostium Anger.

46. 2, 56.20. MITTOVV, urbs & sedes Ducis ad Mussam in Curlandia.

PICKIN, urbs ad Eezam fl.

VVINDA, urbs ad Ostium VVettæ fl.

BAUSKE, *Bauska*, Munimentum Insigne.

CA-

# CAPUT IV.
# GERMANIA TOTA
## In ſuis Prærogativis ac Dotibus.

### §. I.

ATque ita breviſſimè Statum Politicum Imperii Romano-Germanici abſolvimus in Perſonis & membris, in Regionibus ac Provinciis, Ditionibus ac Dominiis, limitibus ac terminis ſingulorum, urbibus & oppidis; nunc etiam ejus Incolas, eorumque mores, ſtudia, Indoles, fidem ac religionem conveniret explicare; ſed quia cenſuræ Hiſtoriographorum plerumque nimis acerbæ, invidioſæ ac propè calumnioſæ videntur, eas prætermittimus, contenti communi Politicorum Judicio: quod Germani partim ſint liberales & creduli, partim conſiderati & moroſi, fideles & conſtantes, literis & artibus Mechanicis exercitati, faciles ad ſectas & nova aliarum gentium arripienda, præter religiones tamen hactenus toleratas aliam non facilè ſuſcipiunt, quàm Catholicam. Cæterùm ſicut rerum omnium in toto orbe terrarum perpetuæ ſunt viciſſitudines, ita & mores Germaniæ ac ingenia mutari identidem experimur. *Germanorum Indoles.*

Tota eſt Germania in Zona mundi temperata, & circumſcribitur à Borea mari Balthico, ab Ortu Hungaria & Polonia, ab Auſtro Italia, Helvetia & Gallia, ab Occaſu Mari Germanico. Longitudo ultra ducenta Milliaria, latitudo 150. mill. Germ. excurrit. Adeoque ſatis ampla & potens contra quamcunque potentiam Invaſoris exteri. Ipſe ſitus ſylvarum, & anfractuum, montium & vallium, fluviorum & amnium pro defenſione eſt: Emporia pro commeatibus, armamentaria pro armis optimè inſtructa: *Germaniæ Limites.* *Situs & promptuaria.*

Granaria referta pro alimentis hominum, equorum & armentorum: plurimæ arces, castella, munimenta insigniter munita. Nec deest Germano militi animus, neque virtus aut constantia in armis, neque Heroum ac belli ducum experientia, neque tandem belli nervus; si enim singula Imperii membra cum suo capite sua symbola in militiam & belli sumptus contribuant, suppeditabit ærarium necessaria pro alendis facilè plusquàm ducentis armatorum millibus, quibus poterit & sua fortalitia tueri, & binos exercitus suis hostibus opponere & objectare.

*Virtus & Potentia.*

## §. II.

# ARMATURA CÆSAREA

*An. 1735. ad Rhenum, Mosellam & in Belgio.*

## GENERALES CÆSAREI.

*Pedites*, zu Fuß.

Dux Carolus Alexander de Würtemberg.
Comes Casimirus de Wurmbrand.
Princeps Maximilianus Hasso-Casselanus.
Comes Laur. Philip. de Daun.
Margravius Ludovicus de Baden-Baden.
Comes Oliverius Georgius de VVallis.
Dux Leopoldus ab Arenberg.
Marchio Carolus de Baden-Durlach.
Comes Henricus VVilhelmus de VValzeck.
Princeps Claudius de Ligne.
Comes Franciscus de VVallis
Comes Antonius de VValseg-Hasling.
L. Baro de Mifling.
Comes VVenceslaus de VVallis.
Princeps Antonius Udalricus de VValdeck.
Comes Franciscus Ignatius de Rumpff.

L. Baro

L. Baro Georg. Anton. de Lindesheim.
Princeps VVilhelmus Saxo-Gothanus.
L. B. Ignatius de Roth.
Princeps Fridericus Anton. de Schwarzenburg.
Rhingravius Nicolaus Philipp. de Salm.
Dux & Episcopus VVirzeburgensis Frid. Carolus.
Episcopus Bambergensis Fridericus Carolus de Schönborn.
Marchio Carolus Josephus de Prie.
Marchio Julius de Bancalier.
Marchio Johannes de Los Rios.
26. Regimenta conficiunt numerum Militum Peditum - - - - - 78000.

## CATAPHRACTI, Cuirasier.

Princeps Emmanuel de Portugallia.
Comes Fridericus de Lanthieri.
Princeps Christianus de Lobkowiz.
Comes Fridericus Rudolphus ab HohenEms.
Princeps Emanuel Carolus de Caraffa.
Comes Antonius Gaudentius de Seher.
Comes Joannes de Locanelli.
Comes Udalricus de Lippe.
Marchio Ignatius de VVesterlop.
9. Regimenta conficiunt Catraphractos 11185.

## DESULTORII, Dragoner.

Princeps Eugenius de Sabaudia.
Marchio Victor de Philippi.
Comes Ludovicus de Khevenhüller.
Dux Ferdinandus de Bavaria.
Comes Carolus de Bathiani.
Comes Otto Ernestus de Limburg, Styrum, Vehlen.
Princeps Ferdinandus de Ligne
7. Regimenta conficiunt desultorios 8810.

# HUNGARI.

Comes Franciſcus Deſoffi.
Comes Stephanus de Spleni.
Comes Alexander de Caroli.
Comes Nicolaus de Peswormegoy.
Comes Erneſtus de Gylani.
Comes Magenius Gottlob ab Helldorff.

| | |
|---|---|
| 6. Regimenta conficiunt Hungaros - | 6000. |
| Summa - - - - - | 103995. |

# AUXILIARES COPIÆ.
## Sub Stipendio Cæſareo.

| | |
|---|---|
| Moſcovitæ, ſive Ruſſi - - | 13000. |
| Dani - - - - | 6000. |
| Boruſſi - - - - | 10000. |
| Saxones Electoris - - | 6000. |
| Domus Saxonicæ lin. Erneſt. - - | 10000. |
| Hannoverani - - - | 6000. |
| VVolffenbüttelani - - - | 1500. |
| VVürtembergici - - | 5000. |
| Haſſo-Caſſellani - - - | 6000. |
| Helveti - - - | 5000. |
| Griſones - - - | 3000. |
| Summa - - - | 71500. |
| Ad Rhenum Summa Summarum - | 175495. |

# POTENTIA CÆSAREA.

In Regno Bohemiæ, Archi-Ducatu Auſtriæ, Ducatibus Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Sueviæ aliisque Dominiis in Germania & Italia Anno 1735.

GE-

# GENERALES CÆSAREI
## *Pedites*, zu Fuß.

Comes Guido de Stahremberg.
L. Baro Carolus Franciscus de VVachtendonck.
Comes Josephus de Königseck.
M. Magister Ord. Teutonici.
Comes Maximilianus de Stahremberg.
Comes Josephus Carolus de Harrach.
Comes Henricus de Daun
Princeps Emericus Saxo-Hildburghusanus.
Comes de Seckendorff.
Comes Ludovicus de Livigienstein.
L. Baro Carolus de Suckov.
Comes Franciscus de Palfi.
Marchio Georgius de Bayreuth.
L. Baro Eduardus de Fürstenbusch.
Comes Leopoldus de Palfi.
L. Baro Sigisfridus de Buttingau.
Comes Henricus de VVuschlediz.
L. Baro Carolus Hermannus ab Ogylvi.
Princeps Carolus Alexander de Lotharingia.
L. Baro Franciscus de Thingen.
Comes Stephanus de Guilay.
L. Baro Jacobus de VVottes.
L. Baro Severinus de Boschi.
Comes Thomas de Creghe.
24. Regimenta conficiunt Pedites - 72000.

## CATAPHRACTI, Cuirasier.

Comes Carolus Philippus de Veterani.
Landgravius Philip. Hasso-Darmstadianus.
Comes Henricus de Diemar.
Princeps Fridericus ab Hohenzollern.

Comes Joannes de Palfi.
Comes Andreas de Hamilton.
Comes Carolus de Palfi.
7. Regimenta conficiunt Cataphractos - - 8710.

## DESULTORII, Dragoner.

Dux Carolus Alexander de Würtemberg.
Comes Gundaccarus Michaël ab Althan.
Princeps Josephus Wenzel de Lichtenstein.
Comes Franciscus Georgius de Jörger.
Princeps Joannes Augustus Saxo-Gothanus.
5. Regimenta conficiunt Desultorios - 6225.

## HUNGARI.

Comes Emericus Dessoffi.
Comes Nicolaus ab Havor.
2. Regimenta conficiunt Hungaros - 2000.
Summa - - - 88935.
Summa Summarum - - 192928.
Cum auxiliaribus - - 264430.

Sine concursu Trium Electorum: Bavari, Palatini, Archi-Episcopi Coloniensis Neutralium tunc Temporis.

## POTENTIA CÆSAREA

In Regno Hungariæ, Croatia, Sclavonia, Bosnia, Dalmatia, Servia, Transylvania, Istria An. 1735.

## GENERALES CÆSAREI
### *Pedites*, zu Fuß.

Dux Ferdinandus de Wolffenbüttel.
Comes Albertus ab Haister.
Dux Stephanus de Lotharingia.

Comes

Comes Wilhelmus de Neuperg.
L. Baro Samuel de Schmettau.
Comes Didacus de Geldi.
L. Baro Ludovicus de Pfuel.
Comes Franciſcus de Traun.
L. Baro Joannes Fridericus de Diesbach.
Comes Alexander ab Onelli.
Comes Chriſtophorus de Stubenberg.
Comes Joannes de Draskowiz.
Marchio Jacobus de Vasquez.
L. Baro Wolffgang Sigismund de Damniz.
Comes Joſephus de Schulenburg.
Comes Carolus de Archentau.
L. Baro Philippus Ludovicus de Molcke.
L. Baro Stephanus de Bernckläu.
18. Regimenta conficiunt Pedites - - 54000.

## CATAPHRACTI, Cuiraſier.

Princeps Carolus de Wolffenbüttel.
Comes Colonellus ab Hautois.
Princeps Carolus de Cordua.
Comes Ignatius de Chauveroy.
Princeps Joſephus de Pignatelli.
Comes Franciſcus Potaski.
Marchio Olivierius de Kokorſova.
7. Regimenta conficiunt Cataphractos - - 8710.

## DESULTORII, Dragoner.

Comes Sylveſter de St. Amour.
Comes Andreas Coſati.
Comes Ludovicus ab Ollone.
3. Regimenta conficiunt Deſultorios - 3735.

HUN-

## HUNGARI.

Comes Emericus de Ezacki. - - 1000.

## ADMIRALES di MARINE.

Marchio Januarius de Pallavicini.
L. Baro Eberhardus de Sporck.
2. Regimenta conficiunt Marinos - - 4000.
Summa - - - - 71445.

## ARMATURA MARINA CÆSAREA IN ISTRIA.

| | |
|---|---|
| Navis Bellica S. Leopoldi cum tormentis Bellicis | 72. |
| Navis S. Barbaræ cum Torm. - - | 70. |
| Navis S. Caroli cum Torm. - - | 64. |
| Navis S. Januarii cum Torm. - - | 60. |
| Navis S. Eugenii cum Torm. - - | 48. |
| Navis S. Elisabethæ cum Torm. - - | 48. |
| Navis S. Joan. de Nepomuc. cum Torm. - | 40. |
| Præter Triremes vel Galeeren - - | 12. |

# CATALOGUS

## Universæ Cæsareæ Generalitatis secundùm ordinem militarem in Campis An. 1735.

*Generalissimus Locumtenens Imper.*
*Serenissimus Princeps Eugenius de Sabaudia.*

## CAMPI MARESCHALLI.

1. Elector Carolus Philippus Palatinus.
2. Guido de Staremberg Comes

3. Frid.

| | | |
|---|---|---|
| 3. | Frid. Wilhel. ab Hohenzollern | Princ. |
| 4. | Joannes Palfy | Com. |
| 5. | Philip. Haſſo-Darmſtadianus | Landgr. |
| 6. | Philip. Wirich Daun | Com. |
| 7. | Baden-Durlach | March. |
| 8. | Viſconti | Com. |
| 9. | Alexander Würtembergicus | Dux |
| 10. | Carolus Caraffa | Princ. |
| 11. | Max. Staremberg | Com. |
| 12. | Königseck | Com. |
| 13. | Harrach | Com. |
| 14. | Welſeck | Com. |
| 15. | Rubi | March. |
| 16. | Wrangel | Com. |
| 17. | Carl Rud. Würtenb. Neuſtatt | Dux |
| 18 | Don Emanuel Portugalliæ | Infans |

# GENERALES EQUITATUUM.

| | | |
|---|---|---|
| 1. | Fugger | Com. |
| 2. | Cifuentes Hiſpaniæ | Grand. |
| 3. | Nath | Com. |
| 4. | Porto-Carero Hiſp. | Grand. |
| 5. | Caroli | Com. |
| 6. | Veterani | Com. |
| 7. | Hautois | Com. |
| 8. | Athan Gundel | Com. |
| 9. | Caſp. Cordua | Princ. |
| 10. | Andreas Hamilton | Com. |
| 11. | St. Vincenzo & Belmonte | March. |
| 12. | Erneſtus Aug. Saxo-Vinmar. | Dux |
| 13. | Jörger | Com. |
| 14. | Lanthieri | Com. |
| 15. | La Marche | Com. |
| 16. | Frid. Lud. ab Hohenzollern | Princ. |

| | | |
|---|---|---|
| 17. | Ferdinandus de Bavaria. | Princ. |
| 18. | Carl. Aug. Naſſau-Weilburg | Com. |
| 19. | Haſſo-Darmſtad. | Princ. |
| 20. | Ezacki | Com. |
| 21. | Seher | Com. |
| 22. | Vasquez | Com. |
| 23. | Philippi | Com. |
| 24. | Sigmund. Wurmbrand | Com. |
| 25. | Khevenhüller | Com. |
| 26. | Georg. Chriſtian Lobkowiz | Princ. |

## GENERALES REI TORMENTARIÆ.

| | | |
|---|---|---|
| 1. | Tettenbach | Com. |
| 2. | Arenberg | Dux |
| 3. | Olivier Wallis | Com. |
| 4. | Henr. Joſeph. Daun | Com. |
| 5. | Don Guilio Viſconti | Com. |
| 6. | Seckendorff | Com. |
| 7. | Neſſelrode | Com. |
| 8. | Roth | L. Baro |
| 9. | Franz Paul Wallis | Com. |
| 10. | Max. Haſſo-Caſſelanus | Princ. |
| 11. | Livingſtein | Com. |
| 12. | Marulli | Com. |
| 13. | De Marcka | Com. |
| 14. | Stampa | Com. |
| 15. | Schmettau | Com. |
| 16. | Traun | Com. |
| 17. | Neuperg | Com. |
| 18. | Wüttgenau | L. Baro |
| 19. | De Los Rios | March. |

# CAMPI MARESCHALLORUM LOCUMTENENTES.

| | | |
|---|---|---|
| 1. | Erpach | Com. |
| 2. | Theod. Lubomirsky | Princ. |
| 3. | Fechenbach Gen. Franc. | L.Baro |
| 4. | Joan. Ferd. Herberſtein | Com. |
| 5. | Adam. Draskowiz | Com. |
| 6. | Romanus Diesbach | Com. |
| 7. | Frider. d'Elbœuf | Princ. |
| 8. | Lengheim | Com. |
| 9. | Anton. di Heredia y Bazan | Don |
| 10. | Maffey | March. |
| 11. | Hatzfeld | Com. |
| 12. | Buffo ab Hagen | L. Baro |
| 13. | Ludov. Haſſo-Darmſtad. | Princ. |
| 14. | Sinzendorff Gen. Pal. | Com. |
| 15. | Juan y Ramos | Don |
| 16. | Zobel Gen. Pal. | L. Baro |
| 17. | Gab. Joſ. Chimay, Marquis de la Verſe | Princ. |
| 18. | St. Eramo | Marchio |
| 19. | Roma | Marchio |
| 20. | Tillier | Com. |
| 21. | Diesbach | Com. |
| 22. | d' Arnau | Marchio |
| 23. | Eſpeyo y Verra | Don |
| 24. | Georg. Lubomirsky. | Princ. |
| 25. | Malaſpina | Marchio |
| 26. | Lippe Gen. Colonienſis | Com. |
| 27. | Roſt | L. Baro |
| 28. | Capo Roſto | Don |
| 29. | Diemar Gen. Haſſo | Com. |
| 30. | Eſterhaſi | Com. |

Ff 2 31. Mal-

| | | |
|---|---|---|
| 31. | Maldeghem | Com. |
| 32. | Heiſter | Com. |
| 33. | Pioſaſque | Com. |
| 34. | Renaud | Com. |
| 35. | Stephan Deſſoffi | Com. |
| 36. | Joſeph Eſterhaſi | Com. |
| 37. | Deveniſch | Com. |
| 38. | Franciſcus Stubenberg | Com. |
| 39. | Barbon | Com. |
| 40. | Claudius de Ligne | Princ. |
| 41. | Donterfeld | Com. |
| 42. | Peronis | Com. |
| 43. | Stappel | Com. |
| 44. | Ogilvy | Com. |
| 45. | de Feignies | Com. |
| 46. | Poztazky | Com. |
| 47. | Ferd. de Lignie | Princ. |
| 48. | Weinbold | Com. |
| 49. | Rontard | Com. |
| 50. | Liebenberg | Com. |
| 51. | Landriani | Com. |
| 52. | Bounonville | Com. |
| 53. | Lalanig | Com. |
| 54. | de Sant | Com. |
| 55. | de Prie | March. |
| 56. | de Lanoy | Com. |
| 57. | Caſim. VVurmbrand | Com. |
| 58. | Kokorſowa | Com. |
| 59. | Ferd. Pignatelli | Princ. |
| 60. | Pietro Vynciales Verques | Don. |
| 61. | Callemberg | Com. |
| 62. | Haslinger | Com. |
| 63. | Pfuel | L. Baro |

64. Onel-

| | | |
|---|---|---|
| 64. | Onelli | Com. |
| 65. | Müffling | L.Baro |
| 66. | Chauvirai | Com. |
| 67. | Petraſch | Com. |
| 68. | HohenEms | Com. |
| 69. | Anton. Hazfeld | Com. |
| 70. | Joſ. VVenz. Lichtenſtein | Princ. |
| 71. | VVelſeck | Com. |
| 72. | Miglio | Com. |
| 73. | Fürſtenbuſch | Com. |
| 74. | VVittorff | Com. |
| 75. | Styrum | Com. |
| 76. | Magauli | Com. |
| 77. | Thüngen | L.Baro |
| 78. | Succow | Com. |
| 79. | Leutrum | Com. |
| 80. | Haſſo-Philippsthal | Princ. |
| 81. | Prettlach | L Baro |
| 82. | Joſ. Frid. Hildburgshauſen | Princ. |
| 83. | Kavanag | Com. |
| 84. | di Botta | March. |
| 85. | VVolff | L.Baro |
| 86. | VVenzel VVallis | Com. |
| 87. | VVachtendonck | L.Baro |
| 88. | Henning | L Baro |
| 89. | Bathiani | Com. |
| 90. | VVuſchletiz | Com. |
| 91. | Feldeck | Com. |



# GENERALES VIGILIARUM PRÆFECTI.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1. | | Henningen. | Comes. |
| 2. | Peter | Keglewig | Com. |
| 3. | Adam | Keglewig | Com. |
| 4. | | Lemberg | Princ. |
| 5. | Pio de | Sabaudia | Princ. |
| 6. | | Dilherr | L. B. |
| 7. | | Dahlberg Gen. Franc. | L. B. |
| 8. | | Lechereind. | L. B. |
| 9. | St. | Saphorin | Com. |
| 10. | Joan. Jos. | Galler | L. B. |
| 11. | Alvarez | de Gatto | Don. |
| 12. | | Teuffenbach | L. B. |
| 13. | | Buttlar | L. B. |
| 14. | | Taxis Gen. Pal. | Princ. |
| 15. | | Voisin | Com. |
| 16. | Jayme | Carreat | Don. |
| 17. | | De Bausse | Com. |
| 18. | Sebast. | Dalman | Com. |
| 19. | Jos. | Belon Balaques | Don. |
| 20. | Anhalt - | Bernburg. | Princ. |
| 21. | | Castellengo | Com. |
| 22. | | Walderodt | Com. |
| 23. | | La Vercerie | Com. |
| 24. | | de Bozze | Com. |
| 25. | | Baton | L. B. |
| 26. | | Grenada | Don. |
| 27. | | Mendoza | Don. |
| 28. | Ysenburg - | Budingen | Com. |
| 29. | Anhalt - | Dessau | Princ. |
| 30. | Frid. | Saxo - Gothanus | Dux. |
| 31. | Lud. Aug. | Fürstenb. Stühling. | Com. |
| 32. | | Geminiani | Com. |

| | | |
|---|---|---|
| 33. | Nava | Com. |
| 34. | Bevia Reale | Princ. |
| 35. | d' Affio Byada y Boyl. | Don. |
| 36. | Trivulzio | Princ. |
| 37. | Des Vailles | Com. |
| 38. | Meyerfeld | Com. |
| 39. | Almeyda | Don. |
| 40. | Caftell | Com. |
| 41. | Vettes | Com. |
| 42. | Caraddo | Com. |
| 43. | Falaiza | Com. |
| 44. | Scott. | Com. |
| 45. | Uribè | Com. |
| 46. | Chrift. Stubenberg. | Com. |
| 47. | Wildenfels | Com. |
| 48. | Doxat de Morell | Com. |
| 49. | Batlo Duran | Don. |
| 50. | Gibron | Com. |
| 51. | Vifconti de Torres | Com. |
| 52. | Rumpff | Com. |
| 53. | Vilana | Com. |
| 54. | Albani | Com. |
| 55. | Göldi | Com. |
| 56. | Buzaccarini | Com. |
| 57. | Oudaille | L. B. |
| 58. | Leves de Chanclos | Don. |
| 59. | Mifferoni de Lifone | Com. |
| 60. | Carl. Galler | Com. |
| 61. | Hancko | Com. |
| 62. | Rudowsky | Com. |
| 63. | Jeneck | Com. |
| 64. | Guadagni | Marc. |
| 65. | Beyersberg | Com. |
| 66. | Luzan | Com. |
| 67. | Römers | Com. |

68.

| | | |
|---|---|---|
| 68. | Damniz | Com. |
| 69. | Joan. Aug. Saxo-Gothanus. | Princ. |
| 70. | Vehla | Com. |
| 71. | Stein | L.B. |
| 72. | Pfefferkorn ab Ottenbach | Com. |
| 73. | Leopold Haſslinger | Com. |
| 74. | Carl. Lud. Seebach | L.B. |
| 75. | Bernes | L.B. |
| 76. | Breitwiz | L.B. |
| 77. | Palfy | Com. |
| 78. | Voit de Rieneck | Com. |
| 79. | Anhalt-Zerbſt | Princ. |
| 80. | Santignon | Com. |
| 81. | Salm | Com. |
| 82. | Berlichingen | L.B. |
| 83. | Reizenſtein | L.B. |
| 84. | Molck | L.B. |
| 85. | Lindesheim | Com. |
| 86. | Taffin | Com. |
| 87. | Uberacker | L.B. |
| 88. | Wolckenſtein | Com. |
| 89. | Engelshofen | Com. |
| 90. | Waldeck | Princ. |
| 91. | Mittſchevall | Com. |
| 92. | Salm Rheingrav. | Princ. |
| 93. | Linden d' Aſpremont | Com. |
| 94. | Kettenburg | Com. |
| 95. | Ballayra | Don. |
| 96. | Monteleone | Com. |
| 97. | Salaburg | Com. |
| 98. | Wittgenſtein | Com. |
| 99. | Havor | Com. |
| 100. | Peſtwarniagey | Com. |
| 101. | Ghilany | Com. |
| 102. | Papacoda Prenoiſſe Triggiano. | Don. |

103.

| | | |
|---|---|---|
| 103. | Mariatta | Com. |
| 104. | Cerda della Villa Ronga. | Com. |
| 105. | Bourmann | Com. |
| 106. | Negrette | Com. |
| 107. | Gaysrück | Com. |
| 108. | Max. Broune de Cames | Com. |
| 110. | Sternthal | Com. |
| 111. | De Vezer | Com. |
| 112. | Lersner | Com. |
| 113. | Palavicini | Marc. |
| 114. | Saxo-Hildburgshausen | Dux. |
| 115. | Wild | Com. |
| 116. | Königseck | Com. |
| 117. | Mangen | L.B. |
| 118. | Carl. Wolffenbütelanus | Dux |
| 119. | Finale | Com. |
| 120. | Löwenwold | Com. |
| 121. | Ezernin | Com. |
| 122. | Schulenburg | Com. |
| 123. | Stenzsch. | L.B. |

Præter voluntarios Duces, Marchiones, Comites, Liberos Barones multos.

## Voluntarii Russi præter 13000. sub Generali supremo de Lascy.

| | | |
|---|---|---|
| 1. | General. Major Biron. | Com. |
| 2. | Gratinsky | Princ. |
| 3. | Czerkotsky | Princ. |
| 4. | Solfico | Com. |
| 5. | Schermetoff | Com. |
| 6. | Stresnod. | L.B. |
| 7. | Tabezocky | Princ. |
| 8. | Toube. | L.B. |
| 9. | Wegendorff | L.B. |

| | | |
|---|---|---|
| 10. | Cantymir | Princ. |
| 11. | Menzikoff | Princ. |
| 12. | Inner | L. B. |
| 13. | Gallowin | Com. |
| 14. | Löwenwold | Com. |
| 15. | Baratynsky | Princ. |
| 16 | Pulatin | Princ. |
| 17. | Soltuskoin | L. B. |
| 18. | Hagenmeiſter | L. B. |
| 19. | Gatazin | Princ. |
| 10. | Cheremetow | Com. |
| 21. | Sakatin | L. B. |
| 22. | Sumorin | L. B. |
| 23. | Prock | L. B. |
| 24. | Repenin | Princ. |
| 25. | Mogendorff | L. B. |
| 26. | Repinsky | L B. |
| 27. | Daut | L. B. |
| 28. | Gagarim | Princ. |
| 29. | Ukkul | L. B. |
| 30. | Freitag | L. B. |

## §. III.

## GERMANI INSIGNES BELLI DUCES.

Non omnes hic recenſere libet Heroës, quorum plurimos jam multis retrò ſæculis Germania numeravit, ſed aliquos tantùm, quorum memoria adhuc recentior, tum in priore, tum noſtro hoc ſæculo, exſtat, inter quos primus meritò numerandus venit.

*Ferd. III. Rom. Imp.* FERDINANDUS III. Rom. Imp. invictus, jam ante Thronum Wallenſteinio ſuffectus ſupremus Cæſarei Ductor Exercitus Anno 1634. ad Nordlingam *Hornium*, *Cratzium* & *Vinmarienſem* Veteranos & probè exercitatos Belliduces aggreſſus, priores duos duxit captivos, poſteriorem in

in fugam conjecit totumque Suecorum exercitum, Germaniam undique depopulantem, propemodùm delevit.

BERNARDUS Dux Saxo-Vinmarienſis à Ferdinando fugatus ad Gallos tranſivit, quem ob inſignem bellandi peritiam, Rex ſuo exercitui Ducem præfecit, cui parem, teſte *Morery*, tunc tota Gallia Belliducem non habuit, poſtquam enim inſigni clade Cæſarea nos ad Rheinfeldam afflixerat, captis omnibus impedimentis & plerisque belli Ducibus Joanne de Werth, Savettio, Eckenfordio, Sperreuthero, aliisque, in Brisgojam transgreſſus, cepit Friburgum, Tubingam, Stutgardum, Briſacum & tandem febri correptus deceſſit, dignus Nobiliore fato & ſanctiore fide. *Bernardus D. Weimar.*

CHRISTIANUS Dux Brunſwicenſis adhuc juvenis, ut ætate, ita ingenio ferox, ut profligatum à Cæſare è Bohemia *Fridericum Palatinum* reſtitueret, ereptam, è manibus *Eliſabethæ* conjugis *Friderici*, Chirothecam pileo ſuo innectens juravit, non depoſiturum ſe ſymbolum illud è capite, donec Regem *Fridericum* ſolio Pragenſi reſtitutum vidiſſet. Magno itaque numero militum paſſim per amicas etiam provincias inceſſit, permiſſa ſuis ubique populandi libertate, deinde vaſtatis omni genere cladium *Epiſcopatibus Monaſterienſi* & *Paderbornenſi*, occupatisque, *Lipſtadio, Suſato*, ipſaque *Paderborna*; ſed quia Eccleſias ſacrilegè expilaverat, infauſta deinceps omnia experiri debuit; in conflictu enim cum Corduba Hiſpano Duce in Brabantia dexterum amiſit brachium, ſed non animum; audito namque *Bredam*, ubi tunc decumbebat, adveniſſe Tubicinem Ducis Spinolæ, perduci ad ſe hominem juſſit, dixitque: vade & nuncia Spinolæ, amiſiſſe me brachium unum, ſed ſupereſſe adhuc alterum, quo in hoſtes propediem utar. Brevi poſt deceſſit An. 1626 cum necdum annum ætatis Trigeſimum expleviſſet, Belli Dux inſignior, quam Chriſtianus. *Chriſtian D. Brunſwic.*

CHRISTOPHORUS BERNARDUS de GALEN, Epiſc. Monaſt. rebellem civitatem Monaſterienſem vi & armis expugnatam, inſigni fortalitio (Brille) in ſua poteſtate *Bernard. de Galen.*

ſtate deinceps coërcuit. Hollandis iterum iterumque multùm vexatis, plures urbes & loca munita non pauca extorſit, ulterius progreſſus, niſi Imperio Cæſaris ad pacem cum Hollandis componendam permotus bello deinceps abſtinuiſſet, Princeps ab inſigni non ſolùm bellandi peritia, ſed etiam à religione & virtute laudatiſſimus.

*Fridericus Brandeburg.* FRIDERICUS WILHELMUS, *Elector Brandeburgicus* Belli peritiam animique fortitudinem maximè oſtendit Anno 1674. & 76. quando *Suecos* iteratis cladibus non tantùm è ſua ditione ejecit, ſed totâ fermè Pomerania expulit, captis urbibus & munimentis fortiſſimis, unà cum Inſulis. primus ſemper in acie & fronte exercitus tantò glorioſior, quantò hoſtis erat potentior.

*Joannes Auſtriacus.* JOANNES AUSTRIACUS CAROLI V. F.N. à *Philippo* Fratre R. Hiſp. miſſus contra *Mauros* ſe ſtrenuè geſſit, dum contra *Turcas*, quorum 30. Millia ad *Naupactum* cecîdit, & potiores eorum naves cepit aut ſubmerſit. In Africa *Tunetum* & *Biſertam* expugnavit. In Belgio dein Gubernator futurus, cepit *Namurcum*, *Carolomontium*, *Marienburgum* & Fœderatorum Exercitum ad *Gemblacum* cecîdit, eratque ſpes recuperandi totius Belgii, niſi mors inopinata victoriæ curſum inhibuiſſet.

*Maximil. I. D. Bavariæ.* MAXIMILIANUS I. *Dux Bavar. Elector*, Catholici Fœderis Dux electus rebelles Auſtriæ ſubditos perdomuit, deinde Anno 1621. *Fridericum Palatinum* ad urbem *Pragenſem* memorabili clade cecîdit, eodemque exauthorato Electoratum Imperii promeruit. Concurrentibus verò undique Acatholicis fœderatis contra majorem hoſtium multitudinem Magnanimus Heros per *Germaniam* circumduxit exercitum multis victoriis inclytum & *Gallis* ac *Suecis* eorumque fœderatis Principibus tremendum, bellumque ſuſtinuit per 28. annos usque ad Pacem Monaſterienſem donec Anno 1651. ætatis 70. & victoriarum & vitæ glorioſæ finem fecit.

*Maximil. II. D. Bavariæ.* MAXIMILIANUS II. *Dux Bavar. Elector*, primus

magno-

magnorum Principum animos post se traxit, & inter primos Ipse formidabilem *Turcarum* exercitum Ingenti animo, & pari felicitate *Viennâ* depulit, fugientemque per totam *Hungariam* persecutus est, donec ad castra *Mohacia* in campo aperto coactum stitit, & immani clade affectum, castrisque exutum ultra Dravi ripas trepidum confusumque ejecit. Collectum verò rursus trans *Savum*, intermedios ignes & ferra hostium, trajecto flumine, in fugam avertit, *Belgradumque* clavem *Hungariæ* expugnavit.

*Ernestus Mansfeldius.*

MANSFELDIUS ERNESTUS, *Comes* in acie instruenda præprimis clarus, à Cæsare digressus, deinceps Cæsareanis infestus esse cepit; cùm verò *Tillianas* copias ex improviso sibi supervenientes sine conflictu declinare non posset, ingenio usus est, jussitque pagum inter utrumque exercitum accendi, atque ita fumo visum *Tilliano* militi ademit. Interim *Mansfeldius* aciem suam ritè dispositam copiis *Tillianis* sine ordine ruentibus objecit, magnamque cladem intulit, *Tillio* ipso, confosso ejus equo, vix evadente. Tandem post reciprocas pugnas & victorias tum in Belgio, tum in Saxonia inferiore cladem à *Wallenstenio* passus in *Hungariam* profugit, exin *Dalmatiam* & *Venetias* transgressus fatali morbo decessit, dignus meliore causa belli, quâ solâ, omnibus cæteroquin boni Ducis partibus præstans *Mansfeldius* caruit.

*Pappenheims & Tilly.*

PAPPENHEIM & TILLY, Comites conjungimus, quia socii pugnarum & victoriarum. *Pappenhemius* erat quasi fulmen, quod uno impetu omnes obstantes belli vires aut perrupit aut confregit. Post edomitas rebellium rusticorum phalanges, cum magnis Belliducibus congressus, bis *Bannerium* cecîdit, semel Ducem Luneburgicum. Dein *Hassiæ Landgravium* & *Baudissium* Ductorem *Suecorum* devicit. duos Fratres Duces *Lauenburgicos* in castro *Razenburgico* obrutos, captivos detinuit. Inter urbes, quarum plurimas expugnavit & Cæsari restituit, memorabilis est *Magdeburgi* expugnatio, ad quam potiorem operam par-

temque cum *Tillio Pappenhemius* contulit. Minùs felix ante *Lipsiam*, quando hostium castra exploraturus, eousque cum duobus Equitum millibus processit, unde ad suos retrocedere sine manifesto periculo non potuit, nisi toutis *Tilliani* exercitus robore præmunitus. Unde *Tillius* ante receptas, quas præstolabatur, copias pugnare coactus, prælium cum *Rege Sueciæ* & *Saxone* commisit, in quo tribus vulneribus graviter saucius, victúsque castris excedere compulsus est. *Tillio* è vivis sublato ultimum prælium ad *Luzam*, & *Regi Sueciæ Gustavo Adolpho*, & *Pappenhemio* fatale fuit; in ipso enim aggressionis fervore labanti *Wallenstenio* succurrens, Lethale vulnus accepit *Pappenhemius* & simul nuncium de Morte *Regis Sueciæ* libenter moriturus, quod magnum *Sueciæ Regem* in pugna & funere socium habeat, quem *Rex Gustavus* in vivis unicè commendare & post *Tillium* etiam formidare solebat.

*Tillius.*

*Wallenstein.*

WALLENSTEINIUS ex Barone Comes & Princeps, & Imperatorii exercitus Dux supremus, postquàm refractarias Imperii Provincias ad Cæsaris obsequium reduxerat, scil. *Transylvaniam*, *Marchiam Durlacens. Halberstadiensem*, *Magdeburgensem*, *Bremensem*, *Anhaltinam*, totámque *Silesiam*: Ipse *Christianum IV. Daniæ Regem* ex *Pomerania*, *Ducatu Mecklenburgico*, totáque *Holsatia* iteratis cladibus in suam *Chersonesum Danicam* exegit. Ipse tandem GUSTAVO ADOLPHO *Regi Suecorum* tot victoriis tumido in pugna ad *Luzam* fatali, postremam victoriæ gloriam, si non eripuit, saltem ambiguam reddidit Incomparabilis, Belli Dux tot hostium victor, in hoc uno defecit, quod feroces animi sui motus edomare nesciverit. Ubi enim Imperii Principibus ob nimiam potentiam suspectus esse cepit & periculosus Imperio, collatâ in *Tillium* suprema militiæ *præfectura*, tum verò impotens animi eousque progressus est, ut post receptam denuò *Præfecturam* in unam vindictam intentus ausus sit iterata Cæsaris mandata spernere, & ad *Protestantes*, adversas Cæsari partes transitum

tum machinari. Verùm isthæc consilia agitantem, fidi aliquot Cæsari Tribuni, perfidiam ejus aversantes, facta irruptione trucidârunt Anno 1634. æt. 50.

Pauci hactenus relati Belliduces deprompti sunt ex gestis *Heroum*, ac Virorum belli peritia per Germaniam illustrium, quæ jussu *Ferdinandi Archi-Ducis* magno studio undequaque per Europam conquisita, & subinde à Joanne Jacobo de *Notzingen* Augustissimorum Cæsarum *Matthiæ* & *Maximiliani* Consiliario è Latino Idiomate in Germanicum traducta sunt. His libet addere tantum duos Heroes recentiores Gloriosa morte defunctos, qui sunt:

CAROLUS LEOPOLDUS *Dux Lotharingiæ*, & Exercitus Cæsarei, Leopoldo fidelissimus, famosam illam obsidionem Viennensem Anno 1683. solvit, immanem Turcarum multitudinem fugavit, *Strigonium* vel Gran, & *Budam* vel Ofen cepit Anno 1685. *Belgradum* An. 1688. expugnavit, multis Turcarum millibus iteratò cæsis. Deinde Anno 1689. *Moguntiam* & *Bonnam* Gallis eripuit ac Cæsari restituit, ulteriùs producturus victorias, nisi inopinata mors anno sequenti, dignum longiore vita Heroëm è vivis sustulisset. *Carol. Leop. Dux Lothar.*

LUDOVICUS *Marchio Badensis* pariter *Generalis* Locumtenens *Leopoldi* Cæsaris, multas in *Hungaria* victorias contra *Turcas* tulit, deinde ad Rhenum contra *Gallos*, quæ adhuc in recenti sunt memoria. *Ludovicus Marchio Badensis.*

EUGENIUS FRANCISCUS *Dux Sabaudiæ*, Eques Aurei Velleris, Cæsareus & S. R. I. Senior Generalis Campi Mareschallus, Generalis Locumtenens & Generalis Vicarius in Italia, Natus Anno 1663. postquam totum Imperium Romano-Germanicum, Serviam, Hungariam, Italiam, Belgium, ad Danubium, Padum, Rhenum, Scaldim victoriis plurimis impleverat, senio, curis, laboribus confectus Viennæ obiit Anno 1736. Aprilis 21. cujus facta Generosissima & felicissima magis orbi nota sunt, quàm ut dignè compendio referri possint. *Eugenius Dux Sabaudiæ.*

Vivos

Vivos adhuc Belliduces, licet maximis pares Heroibus non accensemus, quia vivunt in gloria.

## §. IV.
# MUNIMENTA GERMANIÆ.

*A Natura & Arte.*

Munimenta quidem Germaniæ suprà dispersim in urbibus posita sunt, sed ut ea unico velut in conspectu habeas, brevi compendio hùc collecta & collocata sunt.

## MUNIMENTA AUSTRIÆ.

*Emporium cum Cambiis caput Germaniæ.*

*Vienna* ad Danubium Munimentum fortissimum & antemurale Christianorum contra Turcas, quorum obsidionem & assultus iteratò invicta sustinuit.

*Neostadium*, urbs & munimentum in confinibus Hungariæ.

## MUNIMENTA STYRIÆ.

*Conventus Statuum Austriacorum.*

*Græcium* ad Muram fl. cum arce munitissima in monte.
*Rackelsburgum* ad Muram fl. Castrum forte.
*Zackathurnium*. castrum insigne.

## CARINTHIÆ.

*Domus Provincialis.*

*Clagenfurtum*, Urbs egregiè munita.

## MUNIMENTA TYROLIS.

*Claves ad Tyrolim.*

*Rattenburgum* ad Oenum fl. castrum munitum in monte.
*Scharniz*, Transitus ex Tyroli in Bavariam munitus.
*Wehrenberga*, Transitus ex Tyroli in Sueviam.
*Kuffsteinium*, urbs bene munita cum arce ad Oenum fl.
*Telman* arx cum urbe Borgo ad Brentam fl.

MUNI-

# MUNIMENTA HELVETIÆ.

*Berna*, caput Cantonis, ad Aar, flumine propè circumdata & pars, quæ supereſt, vallo & foſſa profunda ac vicino in colle caſtello munita cum armamentario. *Helvetiæ potentiſſima*

*Solodorum*, caput Cantonis, vallis & propugnaculis ad novam artis Methodum benè munita ad Aar fl.

*Zürch*, Tigurum, caput Cantonis, ad exitum fl. Limmæ ex lacu Tigurino, egregiè munita cum armamentario.

# MUNIMENTA BAVARIÆ.

*Brunovium*, ad Oenum fl. natura & arte egregiè munita.

*Burghuſium*, ad Salzam fl. cum arce in monte arte & ſitu munita.

*Ingolſtadium*, ad Danubium fl. vallis & propugnaculis fortiter munita.

*Waſſerburgum*, ab Oeno fl. circumdata, adeoque ſitu & arte munita.

*Salisburgum*, ad Salzam fl. vallis & uno alteróve caſtro munita. *Salisburg. Archi-Epiſcopus Primas German.*

*Werffa*, ad Salzam fl. urbs munita cum arce fortiſſima in rupe.

# MUNIMENTA SUEVIÆ.

*Auguſta* Vindelicorum ad confluxum Vindæ & Lyci fl. benè munita. *Emporium urbs Imper.*

*Conſtantia*, ad exitum Rheni fl. ex Lacu Bodamico munita. *Emporium olim Imper.*

*Alta Villa*, Hohenwihl, non procul à lacu Bod. Inſigne Fortalitium cum arce in rupe.

*Nordlinga*, in Rhætia Suevica, more antiquo munita.

*Rheinfelda*, propè cataractam Rheni more novo munita.

*Schorndorffium*, urbs munita cum arce forti in Ducatu Würtembergico.

*Emporium urbs Imper.*

*Villinga*, in Hercinia bene munita.
*Ulma*, ad Danubium fl. egregiè munita.

## MUNIMENTA FRANCONIÆ.

*Cronacum*, ad confl. Radach, Haslach, & Cronach, urbs cum arce munita.

*Forchemium*, ad Regnizium fl. urbs cum castello fortiter munita.

*Emporium urbs Imper.*

*Francofurtum*, ad Mœnum fl. Vallis & propugnaculis munita.

*Hanovium*, ad confl. Kinzig & Mœni fortiter munita.

*Euchstadium*, ad Almonium fl. urbs cum arce forti in Monte.

*Norimberga*, urbs cum arce Cæsarea in monte fortiter munita.

*Regiscuria* in arvis, more novo insigniter munita.

*Schweinfurtum*, ad Mœnum fl. munita.

*Weissenburgum* ad Regnizium fl. munita cum Castro in monte.

*Wirceburgum*, Metropolis Ducatus; cum arce in monte insigniter munita.

## MUNIMENTA ALSATIÆ SUPERIORIS.

*Brisacum* Vetus, ad Rhenum fl. in colle, situ & arte munita, cui ex altera Rheni parte oppositum est à Gallis Munimentum novum.

*Dicasterium Gallicum.*

*Colmaria*, novo more munita.

*Freyburgum*, in Brisgoja, insigniter munita cum arce fortissima.

*Hinninga*, propè Basileam, fortalitium insigne.

## ALSATIÆ INFERIORIS.

*Fort-Lovis*, in Insula Rheni, fortalitium egregium.

*Landavium*, insigniter munita.

*Sele-*

*Seleſtadium*, bene munita.
*Argentoratum*, urbs cum caſtello fortiſſimè munita. *Emporium olim Imper.*
*Kebla*; ex adverſo Rheni, fortalitium.
*Hagenoa*, olim munita, ſed necdum reparata.

## MUNIMENTA PALATINATUS INFERIORIS.

*Franckenthalia*, non procul à Rheno in planitie olim fortiter munita.

*Fridericoburgum*, non procul à priore, olim munimentum inſigne.

*Heidelberga*, olim cum arce munita ſed necdum ſatis reparata.

*Manhemium*, ſitu & arte ad confluxum Nicari & Rheni munita. *Nova Palatini Reſidentia.*

*Philippopolis*, ad Rhenum inter Paludes ſitu & arte munita.

*Germersheimium*, olim cum arce munita hodie adhuc deſtructa jacet.

*Creuzenacum*, urbs olim munita ſed necdum reparata.

*Lizelſteinium*, Arx ſitu & arte munitiſſima.

*Rheingravenſtein*, Arx à natura munita.

## MUNIMENTA TRACTUS MOSELLANI.

*Treviris*, olim munita, ſed necdum ſatis reparata.

*Confluentia*, ad confluxum Moſellæ & Rheni munita.

*Montroyal*, ad Moſellam olim fortalitium inſigne, ſed dirutum.

*Trarbacum*, ex oppoſita parte Moſellæ munita.

*Berncaſtella*, non procul inde munita.

# MUNIMENTA TRACTUS RHENI INFERIORIS.

Emporium. *Colonia*, ad Rhenum, munita.

*Moguntia*, urbs cum castello, multisque ac variis propugnaculis nova artis Methodo munitissima, clavis Imperii.

*Bonna*, urbs ad Rhenum cum arce bene munita.

*Düsseldorpium*, ad confluxum Düsselæ & Rheni munita.

*Ehrenbreitsteinium*, Hermanstein, ad Rhenum ex adverso confluentiæ, Munimentum fortissimum.

*Kayserswerth*, Cæsaris Insula ad Rhen. egregiè munita.

*Reesium*, ad Rhenum in Clivia, insigniter de novo munita.

*Rheinberga*, ad Rhenum de novo rursus fortiter munita.

*Rheinfels*, Arx ad Rhenum rupi imposita, & ex adverso Rheni Catus, vulgò *die Katz*, situ & arte munita.

*Wesel*, Vesalia, urbs Cliviæ fortissima.

*Gülch*, Juliacum, urbs bene munita.

# MUNIMENTA WESTPHALIÆ.

*Lippstadium*, ad Lippam fluv. benè munita.

*Meppena*, ad Amasin fl. munita.

*Mindena*, urbs Principatus ad Visurgim egregiè munita.

*Monasterium Westphaliæ*, urbs cum arce vallis & propugnaculis insignis.

# BELGII HISPANICO-IMPERIALIS.

*Aeth*, Athum, urbs Hannoniæ bene munita.

Emporium olim celeberr. *Antwerpia*, Brabantiæ ad Scaldim munita cum castello fortissimo.

*Brugæ*, Flandriæ ad plures canales ducentes in mare versùs Gandavum, Ostendam, Sluys &c. probè munita.

*Dam*, Fortalitium Brugis vicinum.

*CaroloRegium*, in Ducatu Namurcensi bene munita.

Tene-

*Teneramunda*, Dentermont Flandriæ ad Scaldim fortiſſima.

*Gelderen*, caput Geldriæ benè munita.

*Gent*, Gandavum, Flandriæ munita cum caſtro.

*Lüttig*, Leodium ad Moſam, munita cum Fortalitio in monte. *Emporium olim celebre.*

*Luxemburgum*, caput Ducatus, natura & arte fortiſſima.

*Mechlen*, Mechlinia, Brabantiæ probè munita.

*Mons*, caput Hannoniæ inſigniter munita.

*Namur*, caput Ducatus, munita cum arce fortiſſima.

*Neuport*, Flandriæ portus munitus.

*Cortracum*, ad Lis fl. munita cum caſtro.

*Dinant*, ad Moſam benè munita.

*Huy*, ad Moſam cum caſtro forti.

*Loëven*, Lovanium, cum arce munita.

*Bruxellæ*, munita cum caſtello.

*Oſtenda*, fortiſſima cum portù munito.

*Oudenard*, Flandriæ ad Scaldim bene munita.

*Vilvorden*, ad Serne fl. cum arce munita.

*Ypræ*, Flandriæ inſigniter munita.

## BELGII GALLICI.

*Arien*, Arteſiæ, fortis inter Paludes.

*Armentiers*, Flandriæ, munita.

*Arras*, Atrebatum fortiter munita.

*Avesne*, Fortalitium in Hannonia.

*Bappaume*, Arteſiæ munita.

*Bethune*, Arteſiæ fortalitium.

*Bouchain*, Munimentum Hannoniæ.

*Cambray*, ad Scaldim fortiter munita. *Emporium Telæ ſubtiliſſim.*

*Charlemont*, ad Moſam fortalitium.

*Condet*, Hannoniæ Munimentum.

*Didenhoven*, fortalitium inſigne.

*Dornyck*, Flandriæ cum caſtello.

*Douay*, Flandriæ inſigniter munita

*Fournes*, Flandriæ fortalitium.
*Landrecy*, *Maubege*, *S. Omer*, *Quesnoy*, *Valencienne.*
*Philippeville*, Munimenta Hannoniæ.
*Rüſſel*, Inſulæ, Flandriæ fortiſſima.

# BELGII HOLLANDICI.

*Emporium celeberrimum.*

*Amſtelodamum*; ſitu munita.
*Alemaer*, Nord-Hollandiæ, natura & arte munita inter ſtagna & paludes.
*Ardenburgum*, Flandriæ munita.
*Arnhemium*, caput Velaviæ, munita.
*Axel*, Flandriæ parva ſed munita.
*Bierflieth*, Flandriæ fortalitium.
*Bomel*, ad Vahalim Betaviæ munita.
*Breda*, Brabantiæ ſitu & arte munita.
*Burtanger*, tranſitus in Friſiam fortis.
*Coevorden*, tranſitus in German. fortis.
*Delfziel*, arx fortiſſima cum portu.
*Deventer*, caput Sallandiæ munita.
*Groninga*, ad Dam. fluvium fortiſſima.
*Harlinga*, Weſtfriſiæ cum portu mun.
*Herzogenbuſch*, munimentum Brabant.
*Hulſt* & *Iſendick*, Flandriæ munimenta.
*Lewarden*, caput Weſtriſiæ munita.
*Lewenſtein*, arx munita Hollandiæ.
*Leyden*, Lugdunum Batav. munita.
*Mæſtrich*, Trajectum ad Moſam fortiſſima.
*Middelburg*, Metrop. Seelandiæ munita.
*Montfort*, fortalitium ultrajectenſe
*Niemegen*, ad Vahalim cum arce Vetuſta.
*Roterdam*, Hollandiæ bene munita.
*Saſs* van *Gent*, Cataracta, arx fortis.
*Sluys*, Flandriæ ſitu & arte munita.
*Schenckenſchanz*, arx munitiſſima.

*Utrecht*,

*Utrecht*, Ultrajectum urbs bene munita.
*Zutphen*, Zutphaniæ caput, munita.
*Zwoll*, Sallandiæ, olim munita necdum reparata.

## SAXONIÆ INFERIORIS.

*Brunswicum*, ad Ockeram bene munita. *Emporium*,
*Gœttinga*, ad Leynam fortiter munita.
*Hamelen*, ad Visurgim munita.
*Hanovera*, ad Leynam munita.
*Wolffenbüttel*, Guelpherbytum insigniter munita.

## SAXONIÆ SUPERIORIS.

*Dresda*, ad Albim fl. eleganter ac fortissimè munita.
*Königstein*, ad Albim fl. fortalitium in rupe alta.
*Lipsia*, ad Pleissam fl. munita cum arce.

## MARCHIÆ BRANDEBURGICÆ.

*Berlinum*, ob amplitudinem & accretionem suburbiorum ex parte tantùm munita. *Emporium Pentapolis.*

*Custrinum*, insigne munimentum ad confl. Oderæ & Wartæ.

*Driesa*, fortalitium in confinibus Pomeraniæ inter paludes.

*Spondavium*, munimentum fortissimum ad Havel & Spree fl.

## POMERANIÆ ULTERIORIS.

*Colberga*, ad Mare Balthicum munita.
*Stargard*, ad Vistulam fl. munita.
*Anclam*, ad Mare Balth. munita.
*Damgardia*, fortalitium cum arce ad transitum.
*Stralsunda*, ad mare Balth. fortissima.
*Stettinum*, caput, munita cum Castello.

*Trib-*

*Tribsee*, fortalitium ad transitum.
*Wolgast*, ad Peine fl. munita cum arce.

## DUCATUS MECKLENBURGICI.

Emporium. *Warnemunda*, fortalitium munita.
*Wismar*, ad Mare Balth. fortiter munita.

## DUCATUS HOLSATIÆ.

*Glückstadium*, Stormariæ munita.
Emporium. *Hamburgum*, vallis & propugnaculis, ac Castellis fortiter munita.
*Rensburgum*, cum arce munita.

## ARCHI-EPISCOPATUS BREMENSIS.

*Brema*, ad Visurgim bene munita.
*Stade*, non procul ab Albi munita.

## PRUSSIÆ Regalis Brandeburgicæ.

*Kœnigsberga* in regno Prussiæ munita.
*Memel*, munita cum arce ad lac. Chur.
*Pillaw*, arx fortissima ad Mare Balth.

## PRUSSIÆ Regalis Polonicæ.

Emporium. *Dantiscum*, bene munita cum Castello.
*Elbinga*, ad Frischaff bene munita.

## SILESIÆ.

*Gloggovia*, major, ad Oderam fl. insigniter munita.
*Gloggovia*, minor, munita cum arce.
*Jablunka*, transitus munitus versùs Hungariam.
*Schweidnizium*, ad Welstriz fl. munita.
*Wolau*, situ & arte munita inter Paludes cum arce.

Muni-

## Munimenta BOHEMIÆ.

*Praga*, Metrop. regni munita ex parte.

*Budweis*, Budoviſa ad Multaviam fl. bene munita.

*Carlſteinium*, arx fortis, in qua aſſervantur Regis Inſignia.

*Egra*, ad confinia Franconiæ egregiè cum arce munita.

*Pilſena*, ad Watto fl. inſigniter munita.

## Munimenta MORAVIÆ.

*Brin*, Bruna, ad confl. Schwartæ & Schwittæ fl. munita cum arce Spielberg munitiſſima.

*Iglaw*, ad confinia Bohemiæ munita.

*Olmuz*, *Olomucium*, ad Moravam fl. caput Moraviæ bene munita.

## §. V.
## PORTUS GERMANIÆ CELEBRIORES.

*Ad Mare Balthicum.*

*Colbergenſis*, ad Mare Balthicum.
*Dantiſcanus*, ad Oſtium Viſtulæ.
*Elbingenſis*, in Pruſſia Reg. Polon.
*Embdenſis*, Oſtfriſiæ ad Oſt. Amaſis.
*Glückſtadianus*, ad Oſtium Albis.
*Hamburgenſis*, ad Albim cum fluxu & refluxu Maris.
*Kielenſis*, Holſatiæ ad Mare Balth.
*Königsbergens*, propè Mare Balth. ad Friſchaff.
*Lubeccenſis*, Holſatiæ prope Mare Balth.
*Memelenſis*, ad ſinum Curienſem.
*Narvenſis*, Livoniæ ad ſinum Finnicum.
*Revalienſis*, Livoniæ ad ſinum Finnicum.
*Rigenſis*, ad Oſtium Daniæ ſinum Livonicum.
*Roſtockienſis*, ad Mare Balthicum.
*Schleſwicenſis*, ad mare Balthicum.
*Stettinenſis*, ad Oderam in Pomerania.

*Stralsundicus*, ad ſinum Maris Balthici.
*Wiſmarienſis*, ad Mare Balthicum.

## PORTUS BELGII REGII.

*Ad Mare German.*

*Antwerpienſis*, Flandriæ ad Scaldim.
*Blanckenbergenſis*, Flandriæ ad Mare Germ.
*Dünckerkenſis*, Flandriæ ad Mare Germ.
*Grevelingenſis*, Flandriæ ad Mare Germ.
*Nieportenſis*, Flandriæ ad Mare Germ.
*Oſtendanus*, Flandriæ Hiſpanicæ nobiliſſimus ad Mare Germaniæ.

## PORTUS BELGII FOEDERATI.

*Ad ſinum Maris Germanici.*

*Amſtelodamenſis*, Hollandiæ ad Zuyderſee Auſtralem.
*Brovevenſis*, Seelandiæ ad Mare Germaniæ.
*Delphtanus*, Hollandiæ ad Mare Germanicum.
*Enchuſianus*, Hollandiæ ad Zuyderſee.
*Fliſſingenſis*, Seelandiæ ad Mare Germanicum celebris.
*Harlingenſis*, Weſtfriſiæ ad Mare Germanicum.
*Hornienſis*, Hollandiæ ad ſinum Auſtralem Zuyderſee.
*Medenblicenſis*, Hollandiæ ad ſinum Auſtralem Zuyderſ.
*Middelburgenſis*, Seelandiæ ad Mare Germanicum.
*Munickedamenſis*, ad ſinum Auſtralem Zuyderſee.
*Roterdamenſis*, Hollandiæ ad Mare Germanicum.
*Sluys*, clauſularum, Flandriæ Hollandicæ, non procul à Mari Germanico.
*Stavernienſis*, Weſtfriſiæ ad Mare Germanicum.
*Texelianus*, Hollandiæ ad Mare Germanicum.

## §. VI.
## EMPORIA CUM PORTUBUS.

*Emporia Apothecæ Mercium.*

Urbes prædictorum Portuum, ſunt Emporia, ſive publicaRegionum & Provinciarum promptuaria, ubi omnis generis

generis advehi, & comportari, ac divendi ſolent mercimonia, exerceri cambia in omnem, quà latè patet, Terrarum orbem, & continua ſunt cum exteris Nationibus commercia, ubi tanquam in communi Apotheca reperitur, quidquid non tantùm ad vitæ uſum, ſed etiam ad ſplendorem & voluptatem ſervit.

Ea verò nobiliora cenſentur, quæ commodum habent portum pro claſſibus & vicinum mare, aut minimùm ingens flumen ac profundum magnarum navium patiens; commodiùs namque magnæ moles & major rerum omnium copia, in navigiis, quàm alio quovis modo ac vehiculo curuli ultro citroque deportantur. *Nobiliores ad Mare.*

Certè maritima communicatio mercium omnium facillima eſt, uti per mare Mediterraneum ad littora Africæ, Syriæ, Græciæ, Italiæ, Galliæ, Hiſpaniæ: ita etiam per Mare Balthicum, Germanicum, Britannicum ad Germaniam, totamque Europam, imò per Oceanum ad omnes orbis utriusque partes. *Communicatio totius orbis.*

## §. VII.
## ARCHITECTURÆ INITIA.

Inſignes quidem jam tum à Noë ejusque poſteris poſt Diluvium fabricarum moles exſtructas fuiſſe prima memorat antiquitas in Monſtroſa illa Turri Babylonica, urbe Babylone ac Ninive magna, Hortis penſilibus ac Palatiis Semiramidis, Pyramidibus ac miraculis Mempheos in Ægypto; optimam tamen Architecturæ formam, rationem, proportionem, & ſymmetriam partium (ſi *Villalpando* credimus) ex forma Templi Salomonici primò didicerunt Græci. Illam enim admirabilem Columnarum majeſtatem cum ſtupore intuiti (ut Gens iſta erat figmentis apta) cum ipſam molis majeſtatem aſſequi non poſſent, varias columnarum ſpecies excogitarunt, & quodammodo imitari conati ſunt. Jonii quidem Architecti Joniæ Matronæ for- *Primæ Ideæ Architecturæ. Babylon Ninive. Pyramides Ægypti. Templum Salomonis. Architectonica Græcorum.*

mam suis columnis affinxerunt, Corinthicæ Virginis formam Corinthii, Dorici Viri maturi Dorides, unde natæ sunt tres columnationes, sive Columnarum ordines & formæ, Jonica, Corinthia, Dorica. Romani dein quartam *Compositam* ex Corinthia & Jonica addiderunt, quibus denique accessit quinta species Columarum Thusca per Thusciæ Architectos. Atque hunc Architectandi modum retinuerunt Romani non solùm in Italia, sed etiam in aliis suis Provinciis ac coloniis, donec Imperium invaserunt Hunni, Wandali, & Gothi, qui dejectis vastatisque urbibus ac ædificiis aliam Architecturæ formam induxerunt in Hispania, Gallia, Germania, quæ exinde Gothica appellatur, sed superiore sæculo cepit displicere, & Salomonica passim reassumpta, postquam enim Germani ceperunt frequentare peregrinas Provincias & coram intueri nobilioris Architecturæ formam & magnifica Palatia non minùs peregrinam Architectandi rationem, quàm mores, linguam, habitumque avidè complexi, imitatique sunt. Inde reperiuntur hodiedum insignes novæque Principum Germanorum Aulæ atque Palatia, è quibus celebriora ac nobis notiora hìc referemus, postquàm insignes aliquot Germanos Architectos breviter recensuerimus.

*Architectonica Romanorum.*

*Architectonica Gothorum.*

*Architectonica Germanorum.*

## §. VIII.
## GERMANI INSIGNES ARCHITECTI.

*Carl* Petrus Architectus insignis. Inter ejus opera spectabilis est *Pons* unius arcus, Pegnizio flumini in urbe Norimbergensi egregio artificio superimpositus. Item *Aula Heidelbergensis*, ubi sine noxa removit *Columnam quadratam*, cui totum Aulæ tectum, ac moles totius ædificii incumbebat, obiit An. 1617.

*Kager* Matthias Monacensis Architectus & simul Pictor celebris, ut restantur complura opera in *Curia Augustana*, ejus manu & consilio facta & adornata.

*Reck*

*Keck*, Petrus Aloſtenſis, Architectus & Pictor *Caroli V.* nominatiſſimus An. 1550.

*Kern* Leonardus Franco, Architectus & ſculptor inſignis, ut teſtatur *Propylæum Curiæ Norimbergenſis*. *Architecti Germani*

*Holl* Elias, Architectus Præſtantiſſimus, cui urbs *Auguſtana* debet magnam ſui ſplendoris partem, præſertim Curia, vixit circa annum 1615.

*Lombard* Leodienſis Architectus & Pictor inſignis in Belgio Auſtriaco.

*Preis* Joannes Philippus Wirceburgenſis Franco, Præſtans Architectus in militaribus æquè ac civilibus. Plura ejus opera exſtant Wirceburgi & Bambergæ una cum ſculpturis egregiis ejus manu factis.

## §. IX.

## INSIGNIA GERMANIÆ ÆDIFICIA IMPERATORIS

### *Aula Cæſarea.*

Cum Bibliotheca Germaniæ maxima & Armamentario eximio plurimis rariſque veterum monumentis, rebuſque peregrinis locupletato, præter multa Illuſtrium virorum, Principum ac Magnatum Palatia. *Viennæ Auſtriæ.*

Favorita, Palatium ſuburbanum. Extra urbem *Eberſdorffium*, & *Laxenburgum* duo Palatia ruralia venationibus & aucupiis Cæſareis opportuna.

Arx inſignis *Lincenſis* in Auſtria ſuperiore. *Græcenſis* in Styria, *Brinenſis* in Moravia, aliæque Juris Auſtriaci in Germania.

Duæ Arces *Pragenſes*, in Urbe *Wiſebrad* & *Ratſchin*, inque Turri eleganti Horologium totius penè orbis artificioſiſſimum. Item in Regno Arx Brandiſienſis & Carlſteinenſis. *Pragæ Bohemiæ.*

## *Electorum Palatia.*

*Moguntiæ Electoratus.* *Electoris Moguntini* Aula ad Rheni littus cum insigni amœnóque prospectu, & castello eminentiore intra urbis mœnia, hortóque extra sumptuoso. Item Palatium Aschaffenburgi secessui Electorali accommodum cum prospectu amœnissimo.

*Treviris Electoratus* *Electoris Trevirensis* Aula inchoata, sed bello impedita, modernæ Architecturæ formam in facie ostentat, & totius ædificii insignem ordinem ac majestatem. Altera Electoris sedes est Arx *Ehrenbreitsteiniana* Confluentiæ cum Palatio inter montem & Rhenum.

*Coloniæ Electoratus* *Electoris Coloniensis* sedes ordinaria est *Bonna*, ubi Palatium Electorale sat amplum & Magnificum, licet non semel bellorum incendiis vastatum, ex suis ruderibus resplendet. Item *Brüelense* inter Coloniam & Bonnam: restat illæsa Arx *Arensbergica* in Ducatu Westphaliæ, eaque ampla, & totius Aulæ Electoralis capacissima.

*Bavariæ Electoratus* *Electoris Bavarici* sedes est *Monachium*, urbs elegantissima, sunt in ea terna Ducum Palatia, Aula vetus, Aula ad Templum Societatis, Aula nova, quæ inter prima totius Germaniæ Principum Palatia censetur nobilissima cum Aulæis pretiosis, Bibliotheca, Theatro, Armario, Antiquario rarissimo. Præter splendida extra urbem Palatia, *Lichtenbergicum*, *Haltenbergicum*, *Dachoviense*, *Starenbergicum*, *Schleisheimense* novum cum horto amplissimo.

*Saxoniæ Electoratus* *Electoris Saxonici* sedes ordinaria est *Dresda*, ubi Palatium Electorale amplum ac splendidum ad Albim fl. præter hoc extra urbem sunt insignes arces excursionibus opportunæ; Mauritioburgum, Königsteinium, Torgaxium, Augustoburgum &c.

*Marchiæ Brandeburg. Electoratus* *Electoris Brandeburgici* sedes ordinaria est *Berlinum*, ubi inter plura Magnatum Palatia eminet Aula Electoralis magnifica ad Spree fl. non procul ab urbe ad Havelam fl. est Arx *Oranienburg* cum Palatio, item in oppido *Potzdamiense*

*miensi* Palatium splendidum secessus Electoris. In regno verò Prussiæ arx & Palatium Regale *Montis Regii.*

*Electoris Palatini* nunc sedes ordinaria est *Manhemium*, urbs ex bellorum incendiis splendidè rediviva ad Regulas Architectonicæ, in qua pariter novum ac magnificum surrexit Electorale Palatium. *Arx Heidelbergensis* olim Palatium Electorale nobilissimum à Marte dirutum, nobilem adhuc inter sua rudera magnificentiam ostentat. *Düsseldorpii* ad Rhenum, *Neoburgi* ad Danubium integra splendent duo Palatia. *Palatinatus Electoratus*

*Electoris Hannoverani* sedes ordinaria est *Hannovera*, urbs inter speciosas Munitiones splendida, quam splendiorem reddit insigne Palatium Electorale ad Leynam fl. non procul ab urbe est amœnum ac Magnificium Palatium *Herrenhausan.* Reliquorum Ducum ex hac Domo Ducalia Palatia sunt *Guelpherbytanum*, cum celeberrima Bibliotheca & armamentario, item *Brunswicense*, *Saltzthaliense &c.* *Hannoveræ Electoratus*

## *Principum Imperii Ecclesiasticorum Palatia.*

Archi-Episcopi Salisburgensis Aula in urbe, ejusque Palatium suburbanum, *Belveder*, insigne est cum suo viridario & theatro pulcherrimo ex vivo lapide constructo. *Salisburg. Primas.*

Episcopi Bambergensis in urbe duo sunt insignia Palatia, unum in Insula Regnizii, alterum eminentius cum prospectu amœnissimo. Extra urbem non procul ab urbe hinc *Marquardoburgum*, inde Arx splendidissima Comitum *Schönborniorum Pommersfelda.* Insuper in Ducatu Franconiæ Arx Geibacensis cum horto insigni. *Bambergæ Episcopatus*

*Episcopi Wirceburgensis ac Ducis Franciæ Orientalis* duo sunt in urbe Palatia magnifica, unum in arce edita sive Monte B. V. alterum novum intra mœnia ex parte opposita, cum insigni Bibliotheca Universitatis & Armamentario in Arce probè munita instructissimo. Ipsa urbs magnis clara ædificiis, & Ponte Statuis insigni. *Wirceburgi Episcopat. & Ducatus.*

*Epi-*

*Euſtettenſis Epiſcopatus.* *Epiſcopi Euſtettenſis* Palatium in Monte & Caſtro S. Wilibaldi.

*Friſingenſis Epiſcopatus.* *Epiſcopi Friſingenſis* Arx & Palatium, ſitu atque proſpectu jucundiſſimum.

*Argentinenſis Epiſcopatus.* *Epiſcopi Argentinenſis* in urbe *Argentorato* Palatium inſigne, & aliud *Tabernis Alſaticis.*

*Spirenſis Epiſcopatus.* *Epiſcopi Spirenſis* Palatium in urbe v. die Pfaltz ex vaſtatione necdum reparatum, alterum *Brug Saliæ*, novum ac ſplendidum ab Epiſcopo Spirenſi, & Cardinali Comite de Schönborn ædificatum.

*Wormatienſis Epiſcopatus.* *Epiſcopi Wormatienſis* novum ac inſigne Palatium Epiſcopale.

Præter hæc Epiſcopalia in dictis Epiſcopatibus reperiuntur multa inſignia ædificia *Illuſtriſſimorum Canonicorum Cathedralium* cum ſuis Eccleſiis Cathedralibus amplis & magnificis ad modernæ Architecturæ leges.

## *Ducum ac Principum Imp. Palatia.*

*Ducum & Principum Reſidentiæ.* Chriſtianoburgenſe & Glückſtadianum Ducum Holſaticorum.

*Lauenburgenſe*, Ducum Lauenburgicorum, nunc Electoris Hannoverani.

*Suerinenſe*, Ducum Mecklenburgicorum.

*Cellenſe*, *Luneburgenſe*, *Beveranum*, *Blanckenburgenſe* Ducum Brunſwico-Luneburgenſium.

*Gothaenſe*, *Vinmarienſe*, *Eyſenacenſe*, *Zeizenſe*, *Coburgenſe* Ducum Saxonicorum.

*Caſſellanum* & *Darmſtadianum* Landgraviorum Haſſiæ.

*Bareithenſe* & *Anſpacenſe* Marchionum ex Domo Brandeburgicâ.

*Carolinum* & *Raſtadianum* Marchionum Badenſium.

*Palatia Privata.* Principum exempla ferè imitantur multorum Imperii Comitum familiæ, quæ deſtructis Avorum Domiciliis arces inſignes & ſplendida palatia ſuperinducunt. Idem planè hoc

hoc ævo noſtro præſtant complures Prælati ac Abbates, aliique Ordines, qui paſſim vetera ſua clauſtra & malè ſarta Domicilia vetuſtate collapſa in melioris Architecturæ formam erigunt.

## *Belgii utriusque Tum Regii, tum Fœderati Palatia.*

Belgii Regii Gubernatoris Aula & curia *Bruxellenſis.*

Curia & Palatium Epiſcopi *Leodienſis.*

Curiæ *Lovanienſis*, *Gandavenſis*, *Mechlinienſis*, *Antwerpienſis*, *Namurcenſis*, *Luxemburgenſis*, *Montenſis*, *Valencenenſis*, *Cameracenſis*, *Atrebatenſis*, *Duacenſis*, præter alia in iisdem urbibus Illuſtrium Virorum Palatia, & publicas Mercatorum Burſas, ubi conventus ſuos celebrant, & merces deponunt, quarum *Antwerpienſis* & mole & elegantia, & capacitate reliquis totius Belgii Regii præſtat. *Curiæ Civicæ Burſæ Mercatorum.*

In Belgio Fœderato licet innumerus ſit numerus Nautarum plebejorum, mira nihilominus in eorum ædibus ſervatur mundities ad pompam usque exornata.

Eminet in Seelandia *Curia Fliſingenſis* & *Palatium Naſſovicum.*

In Hollandia Curia *Amſtelodamenſis*, Ternaque *Palatia Mercatorum*, ubi Societates Indiæ Orientalis, & Occidentalis, & Regionum ſeptentrionalium ſuos celebrant conventus.

## §. X.

## ACADEMIÆ IN GERMANIA Sive ARTIUM ET MUSARUM DOMICILIA.

Antiqua Germania quousque ſylveſtris & inculta manſerat, ſcientias & artes propemodùm ignoravit; ſed ab aliquot ſæculis moribus ac literis exculta, ita florere

 cepit,

cepit, ut hodiedum cultissima sit, ac vix ulla natio reperiatur, quæ tot Academias habeat, quàm Germanica, ut patet ex sequenti Earum Catalogo.

## ACADEMIÆ GERMANIÆ.

*Viennensis* Austriæ à Rudolpho IV. An. 1363. plenè fundata, licet jam inceperit 1239. à Friderico II. instituta.

*Universitates celebriores.*

*Pragensis* in Bohemia An. 1361.

*Olomucensis* & *Brünensis* gaudent privil.

*Erfurtensis* in Thuringia An. 1392.

*Wirceburgensis* in Franconia An. 1401. incepta, sed An. 1582. à Julio Episc. plenè fundata, aucta ab Episcopis Joan. Phil. Franc. & Frid. Carolo, Comitibus de Schönborn.

*Lipsiensis* in Saxonia An. 1408.

*Rostockiensis* in Pomerania An. 1415.

*Ingolstadiensis* in Bavaria An. 1416.

*Heidelbergensis* in Palatinatu An. 1346.

*Coloniensis* ad Rhenum Inf. An. 1392.

*Trevirensis* circa idem ferè tempus.

*Moguntina* à Diethero Archi-Episc. 1481.

*Bambergensis* in Franconia An. 1648. aucta An. 1737. à Frid. Carolo Ep. Bamberg. & Wirceburg. Duce Franconiæ Com. de Schönborn.

*Dillingana* in Suevia An. 1559.

*Oenipontana* in Tyroli.

*Salisburgensis* in Bavaria.

*Molsheimensis* in Alsatia 1618.

*Argentinensis* in Alsatia 1611. à Ferd. II.

*Friburgensis* in Brisgoja 1450. ab Alb. Austr.

*Basileensis* in Helvetia 1459. à Pio II.

*Tubingensis* in Suevia 1477. ab Eberh. Duc.

*Altorffiana* in districtu Norimberg. 1581. à Senatu.

*Græciensis* in Styria 1585.

*Breslaviensis* in Silesia 1702.

*Jenensis* in Saxonia Super. 1558.

*Wittenbergensis* in Saxonia Super. 1502.

*Hal-*

*Hallensis* in Saxonia Super. 1654.
*Francofurtensis* ad Oderam in March. Brand. 1506.
*Berolinensis* in Marchia Brandeburgica.
*Marpurgensis* in Hassia Cassellana 1526.
*Giesana* in Hassia Darmstadiana 1605.
*Duacensis* in Belgio 1562.
*Göttingana* in Saxonia Inferiore restaurata 1737.
*Helmstadiana* in Saxonia Infer. 1576.
*Paderbornensis* in Westphalia 1616. à Theod. *Universitates Germaniæ.*
*Osnabrugensis* in Westphalia.
*Kielensis* in Holsatia 1665.
*Grypswaldensis* in Pomerania 1456.
*Königsbergensis* in regno Prussiæ 1544.
*Pernaviensis* in Esthonia Livon. 1699.
*Lovaniensis* in Brabantia 1426.
*Lugdunensis* Batavorum in Holland. 1575.
*Franeckerensis* in Frisia 1581.
*Groningensis* in Frisia 1614.
*Rintelensis* in Holsatia 1619.
*Dorptana* in Livonia 1631.
*Fuldensis* in Buchonia novissima 1735.

# GERMANI THEOLOGI INSIGNES.

Pauci tantùm ex pluribus selecti sunt, qui plures volet, consulat Bibliothecam Societatis Patris Alegambe.

ALBERTUS MAGNUS *Comes de Waldstetten* Suevus *S. T. D.* Lauinganus, *Deiparæ* Patrocinio capacissimus effectus, initium docendi fecit *Hildesii*, dein *Ratisbonæ*, *Vapingi* in Delphinatu, *Romæ*, *Parisiis*, *Coloniæ*, ubi duos *Thomas Aquinatem* & *Cantipratanum* discipulos habuit, maximo ubique concursu & applausu Auditorum. Tandem in Cathedra subitò conticuisse dicitur memoriâ deficiente, ut sciret se *Deiparæ* beneficio accepisse, quæ hactenus cum tanto plausu aliis tradiderat. Mortuus Coloniæ An. 1277. cum magnâ fama sanctimoniæ.

*SS. Theologiæ Doctores.*

BIDERMANNUS Jacobus S. J. Suevus Magni ingenii vir & multæ eruditionis, egit *Romæ* Societatis Theologum & Librorum censorem 17. annis: edidit X. Libros Theologicos, præter alia opuscula, mortuus 1639.

COCHLÆUS Joannes Wendelsteinensis propè Norimbergam, Ss Theol. Doctor, Canonicus *Moguntiæ*, *Wormatiæ*, & *Francofurti*. Proventus omnes unicè impendit pro defensione Fidei, & teste Boissardo ultra 40. libros scripsit, quibus *Lutherum*, omnésque sui temporis *Sectarios* & *Novatores* insectatus est, unde laboribus immortuus An. 1552. ætatis 49. dignus longiore vitâ.

CONTZEN Adamus S. J. Juliacensis acri vir ingenio & calamo promptus, quem idoneum *Card. Caronius* judicabat, qui cum sectariis depugnaret. Docuit *Moguntiæ* Theologiam multis annis. Egit Confessarium *Episcopi Bambergensis* & *VVirceburgensis*, deinde annis 11. *Maximiliani Electoris D. Bavariæ*. Scripsit præter X. libros Politicorum commentarios in Evang. multos alios de variis materiis.

ECKIUS Joannes, Suevus Theologiam cum laude docuit *Ingolstadii*, præter Enchiridion suum controversiarum fidei, plures alios libros edidit contra *Lutherum*, *Carolostadium*, *Melanchtonem*, aliosque sectarios, Mortuus An. 1543. ætat. 57.

FABER Joannes Leutkirchensis ex Algoja, *Vicarius* Episcopi Constantiensis, dein *Ferdinandi* Secretarius, tandem *Episcopus Viennensis*. Contra Lutherum & sectarios conscripsit *Malleum Hæreticorum Adriano VI.* Pontifici dedicatum, præter alios plures libros pro defensione Ecclesiæ. Decessit An. 1541. æt. 63.

GRETSERUS Jacobus S. J. Suevus Annis 24. *Ingolstadii* Theologiam docuit, centum quinquaginta Libros de omni literatura scripsit, aut ex Græco & Gallico in latinum Idioma transstulit inter varios corporis morbos, decessit An. 1625. æt. 63. cujus libri permulti in folio hodie imprimuntur Ratisbonæ.

HAU-

*SS. Theologiæ Doctores.*

HAUNOLDUS Christoph. S. J Bavarus Annis 15. docuit Theologiam *Friburgi* & *Ingolstadii*, vir ingenii capacissimi & promptissimi ad omnes scientias & artes, studiis & laboribus immortuus, reliquit posteritati Libros sat multos & doctos, præter Institutiones Theologicas, & controversias de Jure & Justitia.

HOFFMEISTER Joannes Colmariensis per utramque Germaniam *Prior Generalis* Ord. Erem. S. Aug. eo tempore quo *Lutherus* ab Ord. & fide defecerat, cui deinceps se fortiter opposuit, dictus *Anti-Lutherus* à *Carolo* Imp. & Rege *Ferdinando*: præter alia plura scripsit adversus Confessionem Augustanam.

LAYMANNUS Paulus S. J. Tyrolensis Annis 23. Theologiam docuit *Ingolstadii*, *Monachii*, & *Dillingæ*. Celebris est ejus Theologia moralis, eáque quæ concernunt Jus Canonicum præter alia multa. Mortuus Anno 1625.

RABANUS Maurus Abbas Fuldensis, deinde Episcopus Moguntinus, præstantissimus sui temporis Theologus, scripsit commentarios in Universam S. Scripturam utriusque Testamenti de Institutione Clericorum Libros tres, in Philosophicis quoque, Mathematicis, & Humanioribus excelluit, mortuus Anno 856.

TANNERUS Adamus S. J. Tyrolensis Annis 20. Theologiam docuit, vir ingenio acri & serio, paucorum verborum & magnarum cogitationum, à *Matthia* Imp. Viennam accersitus, dein à *Ferdinando II. Pragensis* Academiæ Cancellarius constitutus, multos & varios scripsit libros, ob valetudinem in Bavariam rediit; exinde verò Suecorum Rege Gustavo Adolpho Bavariam incursante adhuc æger in Tyrolim transiturus in via defecit Anno 1632. ætat. 42.

# GERMANI INSIGNES JURIS PERITI.

*Juris Utriusque Doct.* BRUNNEMAN, Colonienſis ad Spream in Marchia Brandeburgica. Jura docuit *Francofurti* ad *Oderam* annis multis magna cum laude, ſimul Conſiliarius Electoris Brandeburgici, mortuus Anno 1692. præter Epitomen Juris & Conſtitutiones Imperiales plura reliquit Typo impreſſa.

CARPZOVIUS Benedictus, Brandeburgenſis in Marchia. Jura docuit *Wittenbergæ*, & exinde aliquot Principum, cumprimis *Electoris Saxoniæ* Cancellarium egit, inſignis Juris Conſultus, mortuus Anno 1624. præter alia reliquit jus Forenſe Romano-Saxonicum.

CISNERUS, Mosbacenſis in Palatinatu. Jura docuit *Heidelbergæ*, exinde ad *Spirenſe* Tribunal Aſſeſſor graviores cauſas diſcuſſit, tandem à Friderico III. Electore Palat. ad gubernandum Patriæ ſimul & Academiæ Statum revocatus *Heidelbergæ* obiit An. 1583. præter acta viſitationis Cameræ Imperialis multa reliquit, plura perierunt.

ENGL, Bavarus Ord. S. Ben. Jus Canonicum in Academia Salisburgenſi Profeſſus eſt, idque clarum & ſuccincta methodo propoſitum in lucem edidit Anno 1671. item Privilegia Monaſteriorum.

FRANZKIUS, Lubſchüzienſis in Sileſia Conſiliarius Ducis Vinmarienſis, Ferdinando III. charus, præter Commentaria Pandectas & Inſtitutiones plura edidit 1659.

GAIL, Colonienſis ad Rhenum Jurisprudentiam in variis curiis exercuit, tum undecim annis *Spiræ* in Judicio Imperiali Aſſeſſor celebris, ſubinde *Maximiliano* Imp. à Conſilio Aulico & tandem *Electoris Colonienſis* Cancellarius obiit Anno 1587. ſcripſit præter obſervationes practicas plura alia.

HARPRECHT, Würtenbergicus Jura docuit *Tubingæ* multis annis, tum *Spiræ* in Camera Aſſeſſorem egit. Mor-

Mortuus Anno 1639. præter quatuor Juridicorum, plurima alia edidit opuſcula.

*Juris Utriusque Doct.*

MEVIUS, Grypswaldenſis in Pomerania Juris peritus magni nominis, à Cathedra vocatus ad Conſilia *Regis Sueciæ* & *Pro-Præſidem* in ſupremo ejus Tribunali egit & frequentem ad Imperii Principes, ipſumque Imperatorem Oratorem & Legatum, reliquit plurima opera inſignia in lingua vernacula.

OMPHALIUS, Andernacenſis Coloniæ Jura magno applauſu docuit, Ducis Cliviæ Conſiliarius, præter Commentarium in Politiam civilem plura ſcripſit, obiit Anno 1570.

PIRHING, Bavarus S. J. Jus Canonicum Dilingæ 12. annis explicavit, unà cum ſacris literis, obiit Anno 1679. ejus jus Pontificium in 5. Tomis, nova methodo & ordine digeſtum, ſæpiùs jam recuſum eſt.

REUSNERUS, Leobergenſis in Sileſia Jura docuit *Jenæ* & *Argentorati* variáſque Legationes obivit, ſcripſit præter medullam Jurisprudentiæ Juſtinianæ, & Oeconomiam Juris Civilis & Canonici, plura alia Poëta Laureatus Poëtica, Philologica & Hiſtorica.

RITTERSHUSIUS, Brunſwicenſis Juris conſultus præſtantiſſimus, docuit in Academia *Altorffiana* annis 21. ſcripſit in Inſtitutiones Juris præter commentaria in Oppianum, Salvianum, Guntherum, Phædrum &c.

VIGELIUS, Freiſenſis Haſſus præcipuus ſui temporis Jurisconſultus, Jura docuit *Heidelbergæ* Annis 34. magna nominis & Doctrinæ fama ſcripſit præter Examen Jurisconſultorum & Methodum obſervationum practicarum Cameræ Imperialis, Juris Civilis, Pontificii, plura alia Juridica obiit An. 1600.

WAGNERECK, Bavarus S. J. docuit Jus Canonicum *Dilingæ*, amplo Vir ingenio & ſcientiarum omnium capaci, edidit inſignem Commentarium in Jus Pontificium, aliaque plura obiit Anno 1664.

ZASI-

*Juris Utriusque Doct.*

ZASIUS, Constantiensis, Jura docuit *Friburgi* in Brisgoja ultra annos 40. præter summam in Digestum vetus, plura alia edidit opera Juridica. Obiit An. 1535. Friburgum & Senatus Academicus ei Epitaphium posuit: Udalrico Zasio Jure consulto suorum temporum toto orbe celeberrimo &c.

## GERMANI INSIGNES MEDICI ET PHYSICI.

*Medicinæ Doctores.*

CAMERARIUS, Norimbergensis Rerum Naturalium, Fossilium, lapidum, metallorum sedulus indagator, Chymiæ, & artis Herbariæ cumprimis peritus, obiit Anno 1598. edidit Herbarium novis figuris & observationibus auctum præter centurias ex quadrupedibus, & volatilibus &c.

CORNARUS, Misniensis, in quatuor Academiis Germanis Medicinam professus obiit *Jenæ* 1558. magni nominis Medicus. Scripsit præter Universæ Medicinæ Epigraphen plura alia, & Hippocraten, Galenum, Aëtium, Marcellum de variis medicamentis ex Græco in Latinum convertit.

GESNERUS, Tigurinus suo tempore Medicus Doctissimus, docuit Medicinam in Helvetia magno plausu, obiit An. 1565. Præter Historiam animalium, scripsit Catalogum plantarum de Thermis, de fossilibus, gemmis, lapidibus & metallis.

GUINTER, Andernacensis, Parisiis *Francisci I.* Medicus; Anatomiam elaboravit, quam Vesalius Bononiæ edidit, & commentarios duos de veteri & nova Medicina. Ob nominis famam à *Rege Daniæ* evocatus, gratiam recusavit, à Ferdinando I. nobilitatus obiit An. 1574.

HOFFMANNUS, Gothanus, docuit *Altorffii* annis 41. obiit Anno 1648. præter institutiones Medicas in sex libris, edidit plura alia opuscula Medica & Commentaria in Galenum.

HOR-

HORSTIUS Misnienſis, in variis Germaniæ Academiis Medicinam docuit, *Landgravii Haſſiæ* Archiater, dein Reipublicæ *Ulmenſis* Medicus Primarius, ſed & à totis Provinciis *Suevia, Franconia, Bavaria,* & *Norico* expetitus ob miram felicitatem in variis morbis curandis, tandem ipſe morti ſuccubuit Anno 1646. reliquit opera complura medica.

*Medicinæ Doctores.*

LANG, Luccavienſis in Luſatia *Lipſiæ* in Academia Profeſſor inſignis Anatomicus & Chirurgus, obiit præmaturè Anno 1662. Æt. 43. præter compendium Anatomicum reliquit miſcellanea curioſa Medica.

PLATEUS, Baſileenſis, docuit Medicinam annis 57. vir admirandæ memoriæ & artis medicæ adeò peritus, ut ſuo tempore parem non habuerit, obiit An. 1614. edidit humani corporis Fabricam cum multis figuris in fol. præter ſex alios libros de praxi & obſervatione Medica.

ROLFINCKIUS Hamburgenſis *Patavii* coram *Duce Veneto,* magnisque viris ſpectatoribus Anatomiam exercuit, deinde *Jenæ,* omnium ferè Saxoniæ Principum Archiater, ubique deſideratus & poſtulatus Medicus obiit Anno 1673. reliquit ingentem librorum numerum, præter diſſertationes Chymicas de Tartaro, ſulphure, margaritis, auro, argento, antimonio.

RULLANDUS, Freiſingenſis Bavarus celeberrimus ſui temporis Medicus cum Filio *Rudolphi* II Imperatoris Archiatro, ſcripſit præter Lexicon Alchymiæ, Medicinam practicam & aphoriſmos Hypocratis in locos communes digeſſit.

SCHENCKIUS, Jenenſis Inſignis Medicus obiit An. 1671. edidit præter Synopſis Medicinæ Novantiquæ generalis, plurimas diſſertationes Medicas de variis materiis.

SEBIZIUS Argentoratenſis, ibidem docuit annis 62. magno applauſu, complevit vitæ annos 95. ſemper valens ac vegetus Anno 1647. reliquit commentarios in Galenum,

Medicinæ Doctores. præter disputationes plurimas Theoretico-practicas & 50. Exercitationes Medicas.

SENERTUS Uratislaviensis. docuit *Wittenbergæ* cum ingenti plausu, ejus scripta plurima & libri editi, sæpiùs recusi, non tantùm à Germanis, sed & Belgis, Gallis & Italis magnopere æstimati sunt, obiit Anno 1631.

THEODORUS TABERNÆ-MONTANUS Medicus *Electoris Palatini, Episcopi Spirensis* & *Nassovii Sarapontani.* Scripsit Herbarium ingens, in quo ultra 3. millia simplicium continentur, obiit Anno 1590.

THEOPHRASTUS PARACELSUS ab Hohenheim Helvetus, ab Arabibus multa didicit arcana & exercuit, morbos desperatos aggressus, Lepram, Hydropem, podagram &c. ut testatur ejus Epitaphium Salisburgi, ubi obiit An. 1541. dicitur scripsisse libros 230.

## GERMANI MATHEMATICI.

Germani Mathematici. ALSTEDIUS Franco, vir multæ capacitatis & laboris, plurima edidit opera, præter Encyclopediam Mathematicam, succinctam & claram obiit Herbornæ An. 1645.

CLAVIUS Bambergensis S. J. Franco Primò *Conimbricæ* in Lusitania, deinceps Romæ Annis 20. Mathesin docuit, tanta doctrinæ fama, ut illum *Tycho Brache, Maginus,* aliique tanquam oraculum consuluerint, & ipse *Gregorius XIII.* Calendarii reformationem commiserit, obiit Romæ Anno 1612. Æt. 75. reliquit præter Calendarii restituti explicationem & computum Ecclesiasticum opera Mathematica 5. Tomis comprehensa.

COPERNICUS, Thoruniensis in Prussia Polonica Canonicus. *Romæ* in magna Auditorum & Illustrium virorum corona Mathesin docuit. Redux in patriam, se totum observandis sideribus & Astronomiæ instaurandæ impendit, observationes verò suas modò post 36. annos ad instantias aliorum edi permisit, eásque *Paulo III.* Pontifici dedi-

dedicavit. Ac pro Thesi sua, Hypothesin terræ motæ circa solem substituit, obiit An. 1543.

*Germani Mathematici*

CURTIUS de Curtiis Comitibus S. J. natus Monachii. Exin *Dilingæ* Mathesin docuit, vir excellentis ingenii & omnium scientiarum capacissimi, obiit An. 1671. edidit præter Historiam cœlestem, novum cœli systema, & Amussim Ferdinandæam &c.

GUILIELMUS *Hassiæ Landgravius* tanto studio siderum motus, situs, distantias, aliasque proprietates exploravit, ut cum Doctissimo *Tychone Brache* de palma certaverit. Observationes, quas ipse Princeps multis annis collegerat, conscripsit *Snellius* & *Tycho Brache* in suis operibus vulgavit. Floruit Serenissimus circa medium Sæc. XVI.

GRIENBERGERUS Tirolensis S. J. Clavii officium Romæ successor tenuit annis 28. obiit An 1636. edidit Catalogum Stellarum fixarum, variaque rerum Mathematicarum opuscula in Euclidem & Elementa Trigonometrica.

*HEVELIUS.* Gedanus Consul, Observator, Calculator, Delineator, Philosophus, Opticus, Chalcographus, Astronomus sui temporis accuratissimus. Edidit plurima opera Mathematica insignia, obiit An. 1688.

KEPPLERUS Würtenbergicus trium Imperatorum *Matthiæ*, *Rudolphi* & Ferdinandi II. Mathematicus, Astronomicarum subtilitatum scrutator acutissimus, varia & reconditæ doctrinæ monumenta posteritati reliquit mortuus Anno 1620.

KIRCHERUS, Fuldensis S. J. Vir amplissimi Ingenii Antiquarius, Physicus, Philologus Mathematicus, linguarum Orientalium peritissimus, rerumque abstrusarum naturalium scrutator admirandus, ut testantur ejus opera sæpius recusa, docuit Mathesin *Wirceburgi*, *Avenione*, *Romæ*, ubi obiit.

ORIGANUS Glatzensis, docuit Mathesin *Francofurti* ad Oderam. Scripsit, Ephemerides ab An. 1595. usque

Germani Mathematici

ad annum 1654. iisque præmisit Introductionem plenissimam, Chronologicam, Astronomicam, supposito terræ motu juxta Copernicum.

REINHOLDUS Salfeldensis in Thuring. docuit Wittenbergæ, insignis Astronomus, obiit An. 1553. edidit scholia in Theoricas Planetarum, & Tabulas Prutenicas Juxta Copernicum.

REGIOMONTANUS,. ex Königshofen Franconiæ Decus. Viennæ Epitomen Almagesti, à *Peurbachio* ejus Magistro inchoatum, perfecit, addiditque Tabulam primi mobilis, dein cum Norimbergæ sidera, solisque declinationes observasset, à Sixto IV. Pontifice ad Calendarii correctionem evocatus obiit Romæ An. 1476 Æt. 41. dignus longiore vita.

SCHALL, Coloniensis ad Rhenum S. J. *Româ Sinas* ingressus scientiâ Mathematica, practica æquè ac speculativa ingentem sibi, totique rei Christianæ authoritatem, tam apud magnates, quàm apud 3. Imperatores Chinenses conciliavit. Post correctum Calendarium Sinense, supremus tribunalis Mathematici Præfectus & Mandarinus ab Imperatore constitutus, edidit 150. libros de Astronomia, Geometria, aliisque Mathematicis disciplinis, lingua sinensi, quorum exemplaria, *Clemens X.* in *Biblioth. Vaticana* reposuit. Tandem cum multa pro Dei gloria animarumque salute egisset & passus esset obiit Peckini Anno 1666.

SCHEINERUS, Suevus S. J. docuit Mathesin *Ingolstadii, Friburgi, Romæ,* obiit 1650. *Nissæ* in Silesia. Edidit, præter disquisitiones Mathematicas, oculum opticum, Pantographicen, Solem Eclipticum, Rosam Ursinam, in qua de solis maculis adeò doctè scripsit, ut Cartesius & Hevelius testati sint, nihil in eo genere præstantiùs fieri, aut ab alio exspectari posse.

SCHOTTUS, ex Königshofen in Franconia S J. docuit primò Mathesin *Panormi* in Sicilia, deinde *VVirceburgi,*

*burgi*, ubi ſtudiis exhauſtus obiit An. 1666. Æt. 58. edidit præter curſum Mathematicum, Magiam Univerſalem naturæ Mathematicam, Pantometrum Kircherianum, aliaque plura opuſcula. *Germanii Mathematici*

WEIGELIUS Erhardus Franco, *Jenæ* multis annis docuit, Vir multæ eruditionis ac nominis, cùm multa laboràſſet pro inducenda inter Calendarium *Julianum* & *Gregorianum* unione conatibus immortuus eſt An. 1700. relictis multis ex omnigena Matheſi libris editis.

ZAHNIUS, Ord. Præmonſtr. in Cella Dei propè Wirceburgum, rerum Mathematicarum peritus, Opticam tamen cumprimis excoluit, ſolidéque explicavit ſuum *Oculum Teledioptricum* ex abditis rerum naturalium & artificialium principiis. Addidit *Oeconomiam* mundi mirabilis. Obiit circa initium Sæculi currentis.

## §. XI.

## ACADEMIÆ NOBILIUM IN GERMAN.

Præter ſupra recenſitas *Academias Literatorum*, in quibus ex Pontificia & Cæſarea Authoritate, ſecundùm particularia Statuta ſingularum 4. Facultatum, Theologicæ, Juridicæ, Medicæ, Philoſophicæ Doctores creantur, Erectæ ſunt etiam plures *Academiæ Nobilium Equeſtrium* in urbibus Germaniæ præcipuis. Ut

*Viennenſis* ab Imperatoribus Auſtriacis.
*Berolinenſis* à Rege Pruſſiæ.
*Dreſdenſis* ab Electore Saxoniæ.
*Haffnienſis* à Rege Daniæ pro Nob. Germ.
*Lunevillana* à Duce Lothar. pro Nob. Germ.
*Hanoverana* ab Electore Hanoverano.
*VVolffenbütelana* à Duce Brunſwicenſi.

Aliæque plures hoc tempore à magnis Imperii Principibus eriguntur.

## Item ACADEMIÆ PICTORUM Et SCULPTORUM.

*Viennensis* in Auſtria.
*Pragenſis* in Bohemia.
*Norimbergenſis* in Franconia.
*Dresdenſis* in Saxonia.
*Berlinenſis* in Marchia Brandeburg.
*Antwerpienſis* in Belgio Cæſareo.
*Amſtelodamenſis* in Hollandia.

Plures in Germania civitates has jam erectas æmulantur.

## GERMANI INSIGNES PICTORES.

*Varius Picturæ Modus.*

Pictura eſt ſimia naturæ, quæ quo magis ad vivum accedit, excellentior eſt, & perfectior, ſi ad regulas *Opticæ* facta ſit. Varia autem eſt pro vario ſubjecto & modo.

1. Quando pictura fit in calce humida, muro ſuperinducta, dicitur Italis *al Freſco*.

2. Quando in Marmore, lapidibus pretioſis, Jaſpide, Porphyrio, Auro, argento, vitro, ex vitreis coloribus ad ignem liquefactis imagines inducuntur, dicitur Gallis *Emaille*, Amulire, Germanis *Glasmahlerey mit Schmeltzfarben*.

3. Quando in Tabula Lignea, cui tela linea agglutinata, Gypſo ſuperinducto fit, dicitur Italis *Alla Tempra*.

4. Quando in Pergameno, ſubtiles & minores fiunt punctatæ imagines, vocatur *Miniatura*.

5. Quando denique in tela Linea, Creta, Bolo, alióve colore terreſtri & glutine attemperato, priùs imbutâ, colores oleo & vernicio permixti inducuntur, dicitur ordinaria omnium gentium pictura.

In omnibus his ſubjectis & modis excellunt etiam hoc tempore Germani Pictores.

PICTO-

# PICTORES GERMANI.

BEHM Bartholomæus Insignis Pictor & Chalcographus, cujus opera etiamnum exstant in *Aula Bavarica* & *Neoburgica* ab An. 1520. *Excellentes in Pictura.*

BLES de Borine Oudenardensis, Insignis Pictor, ejus opera passim in Belgio reperiuntur & æstimantur in Italia.

COEXIE Mechlinensis, imitator Raphaëlis de Urbino, obiit An. 1592. & reliquit insignia quædam opera in Belgio & Italia.

CRANACH Coronacensis Franco, plures reperiuntur ejus imagines in Aula *Viennensi*, *Pragensi*, & *Bavarica*. Præcipua creditur *Lucretia* obiit An. 1553.

DURERUS Albertus Norimbergensis Pictor, Sculptor, Chalcographus, & Architectus celeberrimus. Ad has artes elevandas Academiam instituit & usus est scientiis Mathematicis, Geometria, Optica, Architectonica. Opera ejus in Aulis Principum Germaniæ, Italiæ, Galliæ servantur, & magni æstimantur ob admirandam partium symmetriam, obiit An. 1528.

ELZHEIMER Francofurtensis ad Mœnum, præcipuè claret in Picturis nocturnis ad Lampadem, obiit Romæ circa initium sæculi decimi septimi.

GOLZIUS Venloënsis Pictor & Chalcographus, egregius *Lombardi* Discipulus, ob artem eximiam Jura Civis Romani obtinuit.

GRUNEWALD Aschaffenburgensis Franco. Fuit teste *Sandrarto*, unus è præcipuis Germaniæ Pictoribus. Exstant excellentia ejus opera *Moguntiæ* in Cathedrali. *Francofurti* in templo PP. Prædicatorum. *Eisenaci* in Aula & *Monachii* præcipuè *Christus* crucifixus. Floruit Sæculo 16.

HOLBEIN Augustanus cum Filio Augustæ multa egregia pinxit. Filius dein in Aulam *Henrici* Regis Angliæ evo-

Pictores Germani.

evocatus, ſtemma Regium depinxit; ſed peſte graſſante abreptus An. 1554. reliquit ingentem numerum picturarum nobiliſſimarum, quæ, teſte *Sandrarto* etiam *Raphaëlis* ac *Titiani* opera æquârunt, ſi non ſuperârunt.

HUNDHORST Ultrajectenſis, præſtans in Picturis nocturnis, qualium adhuc aliquot Romæ ſuperſunt.

JEAN BAPTIST Pictor Flandro-Belga, Vivax in colorum mixtura, & affectibus animi exprimendis, exſtant ejus opera Wirceburgi in Cathedrali, aliisque Eccleſiis obiit in fine Sæc. 17.

JOANNES van ACKEN, Pictor ſuo tempore præſtantiſſimus, non tantùm in Germania, *Monachii* & *Viennæ*, ſed etiam in Itàlia *Romæ*, ubi cum primis celebratur *Chriſti Nativitas*. Obiit circa finem Sæculi 16.

JORDAN Jacobus Belga, Pictor excellens, *Rubeni* æmulus, multa ejus opera ex Belgio ad Aulas Principum tranſierunt.

LUCAS de LEYDEN, Pictor & Chalcographus par in multis *Durero*, jam tum puer 12. annorum multa egregiè pinxit, perfectiora vir, quorum multa viſuntur Amſtelodami, plura *Geiſiorum* furor deſtruxit, obiit An. 1604.

LOTH Monacenſis, in fine Sæculi præcedentis Pictor *Venetiis* magni Nominis, cujus opera celebrantur in Italia & Germania.

MERIAN Junior Francofurtenſis ad Mœnum, Anno 1650. Præcipuos Belli Duces Cæſareos, Gallicos, Suecicos &c. ad juſtam viri ſtaturam & ad vivum depinxit, ſacras etiam imagines in Cathedralibus *Bambergenſi* & *Wirceburgenſi* Principumque Aulis pro perenni fama reliquit.

OSWALDUS ONGERS Belga, brevi poſt *Merianum* Wirceburgi æmulatus, præclara opera fecit in *Cathedrali Wirceburgenſi*, & *Collegiata in Haugis* aliisque Templis & Domibus. Obiit circa initium Sæculi currentis.

RUBENS Petrus Paulus, Belga, Pictorum Princeps in

in Belgio, & in Italia vix ulli secundus. Opera ejus ingenti pretio conquiruntur ab Aulis Principum in Italia, Gallia, Germania, aliisque regnis. *Pictores Germani.*

à SANDRART Francofurtensis ex parentibus Belgis, Pictor celeberrimus & Architectus in Anglia, Italia, Gallia, Germania, ubi multas Basilicas & Palatia eximiis suis picturis nobilitavit. Floruit priore Sæculo & senio gravis Norimbergæ obiit. Edidit Academiam Germanicam Pictorum & Librum de Architectura.

SCHOEN de Kalenbach Barreuthanus Magni Nominis Pictor cum *Perusino* Italo, quem *Angelus Buonarota* adhuc juvenis imitatus est, *Durerus Magistrum* sibi quæsivit, sed dum Anno 1486. reperit mortuum deploravit velut Principem Pictorum.

SCHWARZ Ingolstadiensis Bavarus Pictor præstantissimus in picturis super calce humida, Italis al Fresco, quarum aliquæ exstant in urbe *Monacensi* à Pictoribus mirùm laudatæ.

SPRANGER, Germanus multa egregia pinxit *Pio V.* Pontifici, & *Rudolpho II.* Imperatori.

STOHRER Constantiensis Pictor Laudatissimus *Mediolani*, deinde in *Germania*, ubi passim in templis & oratoriis ejus opera laudantur.

STOSKOPFF Argentoratensis, Pictor celebris in Gallia, Italia, Germania. Appinxerat *Nymphæ Ferdinando III.* oblatæ *folium*; quod cum Cæsar arripere tentâsset, artem fraudémque Pictoris advertit. Eidemque subridendo applausit, quòd non minùs, quàm olim *Xeuxes* à *Parrhasio* deceptus esset.

# SCULPTORES GERMANI.

ABLEITNER Monacensis una cum Filio multas passim in Bavaria Ecclesias statuis artificiosis exornavit.

BITTERICH Frater S. J. cùm Sæculo hoc ineunte

plures fecisset statuas *Electori Moguntino* ex lapide admirabiles, Indias petiit, & brevi post in America præmatura morte abreptus, magnum sui desiderium tum Europæis, tum Americanis reliquit.

*Sculptores Germani.*

DURERUS nunquam satis laudatus artifex, etiam in arte sculptoria laudem & palmam multis magnisque sculptoribus præripuit.

FISCHER Norimbergensis in arte fusoria maximè excelluit, ejus artem testantur multiplicia artefacta, ut plurimùm in Aulis Principum visenda. Præcipuè sepulchrum cum 12. Apostolis, aliisque figuris multis admirandi artificii ex ære fusum An. 1519. in templo ad S. Sebaldum Norimbergæ collocatum.

HESCHLER Memmingensis Suevus, celeberrimus sculptor in Ebore, in quo & ipse varias historias, conflictus, aliaque opera admiranda ad vivum expressit.

KERN, ex Sylva Ottoniana Franco multa elaboravit ex ligno & lapide, inter ea eminent 4. Monarchiæ, sculptæ ex solido lapide, & in Propylæo Curiæ Norimbergensis positæ.

GRAFFT Norimbergensis suis sculpturis pulcherrimis totam urbem & Ecclesias Norimbergæ exornavit.

NEUBERGER Augustanus in Plastica Ceraria artifex incomparabilis, eo quod suis imaginibus, omnis generis personis, imò integris exercitibus, ex molli Cera formatis, duritiem lapidi æqualem induxerit, ut refert *Sandrartus* in Academia Germanica. Exstant ejus opera in Aula Cæsarea, Bavarica, aliisque.

PETEL Bavarus, præstans artifex in Ebore, qui tum Augustanas Ecclesias, tum Aulas variorum Principum sculpturis æstimatissimis exornavit. Obiit An. 1636.

SCHENCK Constantiensis sculptor insignis præsertim in Ebore, ejus opera ubique magni æstimantur.

SCHWANTRARTI duo fratres Coburgenses qui priùs ferro, deinde verò Chrysulcâ sive aquâ forti in Crystallum

ſtyllum æquè ac vitrum omnis generis figuras tantâ elegantiâ induxerunt, ut nullo penicillo perfectiùs fieri quid potuiſſet.

STOSS Norimbergenſis, Pictor & Chalcographus, ſed ſculptor celebrior, ut teſtantur ejus opera in Luſitania, Polonia, Norimbergæ. Tandem annorum 95. cœcus effectus obiit.

STRAUS Marckdorffenſis laboravit artificioſiſſimè in Ligno, ebore & argento præſtans ubique artifex.

# CHALCOGRAPHI GERMANI.

*Chalcographiæ* nobiliſſimæ, quæ rerum omnium formas, aut æri ſculpello inciſas, aut cultello eraſas, aut Chryſulcâ eroſas ingenti numero multiplicat, Germanis *Kupfer-* vel *Flor-Stich*, Inventio prima debetur Germanis, ut demonſtrat Sandrartus vir magnæ experientiæ in ſua Academia German. Italis æmulatio, Gallis perfectio.

*Chalcographi Germani.*

ALDEGRAV Suſatenſis Weſtphalus Pictor non vulgaris, ſed præſtantior Chalcographus, ut oſtendunt plurima artificioſa ab eo relicta.

ALTORFFER Helvetus, Pictor & Chalcographus multa eleganter elaboravit, præcipuè Chriſti Paſſionem plenam piis affectibus.

BLOMART, Ultrajectenſis Chalcographus in Belgio celebris.

COLLAERT, duo Fratres Joannes & Adrianus itidem in Belgio celebres.

DURERUS, ſæpiùs nominatus, inter præſtantiſſimos Germaniæ Chalcographos fuit, ipſamque Chalcographiam mira partium proportione ad perfectionem evexit.

GALLE Antwerpienſis formarum elegantia & amabilitate præcelluit, & amœnitate regionum.

CALLOT Lotharingus ingenioſiſſimus & Chalcographorum facilè princeps.

*Chalcographi Germani.*

JACOBUS FRIDERICH, Personarum vivacitate & actionum animositate præstat.

HEISS Elias & Gottlieb ambo excellunt in majoribus umbrosis Imaginibus, vulgo *Flor-Stich*, vel *Schwarz-Kunst.*

KILIANI, Bartholomæus, Wolffgangus, Lucas & Philippus omnes ejusdem familiæ, multis annis ex suis operibus noti ac celebrati Chalcographi Augustani præcedentis sæculi.

PFEFFEL, Augustanus in exiguis figuris accuratus & subtilis præstat.

RUGENDAS in conflictibus & actionibus Heroicis repræsentandis animosus, & bruta animantia ad vivum reddit.

KUSSEL Matthæus & Melchior Fratres Augustani multis in lucem editis operibus celebres, præcipuè S. Scripturæ Historiis ad Opticæ regulas subtilissimè delineatis, & aqua forti erosis.

SADELER Joannes, Raphaël, & Ægidius Fratres Bruxellenses, Monachii, Pragæ, & Viennæ celebres.

VISCHER Chalcographus & Geographus insignis in Hollandia.

WIERCX Antonius, Hieronymus, & Joannes præstant subtilitate linearum.

WOLFFGANG, Saxo, priore Sæculo Augustæ multa egregia fecit opera.

## GERMANI INSIGN. TYPOGRAPHI.

*Typographia* inventum nobilissimum, reliquis utcumque artificiosis ingenii humani inventis facilè præferendum, utpote utilissimum ac Reipublicæ humanæ literariæ maximè necessarium, hodie ferè extra controversiam *Germanis* inventoribus debetur, & quidem primo *Moguntinis*, quidquid aliæ civitates demum sibi laudis perperam vendicent.

Ma-

Majorem fidem meretur P. *Nicolaus Serrarius* Moguntinæ Hiſtoriæ fidelis Scriptor & teſtis fide digniſſimus. Hic L. 1. Chron. Moguntini, allatis ac ventilatis decem Hiſtoriographorum teſtimoniis, denique Typographiæ inventum Moguntinis attribuit. Primum verò omnium Inventorem Statuit Civem Moguntinum, JOANNEM GUDENBERGER, Adjutores autem illius JOANNEM FAUST, & JOANNEM MEDINBACH, itidem Cives Moguntinenſes. Cùm enim Joannes Gudenberg omnem ſubſtantiam ſuam propter artis difficultatem ferè profudiſſet, tandem auxilio Joannis Fauſt, Joannis Medinbach, aliorumque concivium adjutus rem utiliſſimam perfecit. Quam aliæ deinceps urbes Germaniæ amplius & amplius excoluerunt. Certè inſignes poſtea Typographos habuit, Colonia, Baſilea, Auguſta, Norimberga, Monachium, Ingolſtadium, Francofurtum, Dreſda, Lipſia, Antwerpia, Amſtelodamum, aliæque nunc plures Germaniæ civitates.

*Primus Inventor Typographiæ.*

## Germani Artifices in quacunque Materia.

Præter Artes, Architectonicam, Pictoriam, Sculptoriam ſive Statuariam, Chalcographicam, Typographicam, *Germani* inſignes ſunt in aliis quoque artificiis, & in quacunque materia aut ſubjecto prædictas artes exercent & ad vivum æmulantur. 1. Quod Typographi imprimunt chartæ, hæc Chalcographi nunc incidunt æri, & imprimunt chartæ pari multiplicatione exemplarium ſcitiſſimè, & cum majore elegantia.

2. Quod *Sculptores* aut *Statuarii* ſculpunt in ligno lapide, marmore, Ebore, hoc *Plaſtici Poſſierer* fingunt in Cera, Cornu, Bitumine, Gypſo, Argilla. Idem *Fuſorii* Gieſer, Goldſchmitt, formant, fabricant, ex variis metallis: Auro, Argento, Aurichalco, ferro, ære, plumbo, Vitro &c. Idem *Gemmarii*, *Jubilier*, Edelgeſtein, Cryſtall, Diemand-Schneider incidunt & exprimunt artificioſiſſimè in ipſis

gemmis, unionibus, lapidibus pretiosis, Chryſtallo & vitro.

3. Quod Pictores in Tabulis varia mixtione colorum, hoc *Tapezarii* pingunt filis Sericis, argenteis, aureis & ad vivum in Tapetibus elaborant. Idem *Muſarii* variis lapillis multicoloribus aut fragmentis vitreis variegatis juxta ſe poſitis. *Ebeniſtæ* diverſis lignis diverſo colore tinctis. *Arenarii* Arenis varii coloris apto glutine diſſeminatis, *Plumarii* verſicoloribus avicularum plumulis in varias formas diſpoſitis, ut cum picturis etiam nobiliſſimis certare poſſint. Qualia opera Germanorum artificum paſſim in aulis Principum reperiuntur.

## §. XII.

## PONTES GERMANIÆ PRÆCIPUI.

Urbibus & Fabricis publicis magnum Decus & emolumentum offerunt *Pontes*, quorum ope itinera facilitantur, & humanum commercium longè commodius & expeditius redditur. Sunt autem duplicis generis *Stabiles*, & *mobiles* variæ formæ, artis & figuræ. *Mobiles* ex multis navibus conſtant per trabes & aſſeres à littore ad littus conjunctis, vel ex paucis tantùm, & *volatiles* vocantur, qui ope funis ex utraque fluminis ripa ſuſpenſi trajiciendis curribus & animalibus deſerviunt. *Stabiles* hic ſolum recenſemus.

*Pontes Stabiles, Pontes Mobiles.*

## PONTES GERMANIÆ.

*Pontes celebres.*

*Pons Dreſdenſis*, ſuper Albim inter præcipuos Germaniæ cenſetur. Longus 800. Paſſus, 24. Arcuum.

*Francofurtenſis*, ad Oderam Nobiliſſimus Germaniæ.

*Miſnienſis*, ſuper Albim artificioſiſſimus Germaniæ.

*Pragenſis*, ſuper Multaviam pulcherrimus ob ſtatuas impoſitas & parerga plurima, longus 450. paſſus.

*Ratisbonenſis*, ſupra Danubium fortiſſimus Germaniæ, tribus

tribus Turribus in medio & utroque termino præmunitus, longus 470. paſſus præter hunc ſunt alii 32. ſupra Danubium Viennam uſque, ſed non ita celebres.

Nec contemnendi ſunt *Pontes Franconiæ* ſupra *Mœnum*, *Kitzingenſis*, *Ochſenfurtenſis*, *VVirceburgenſis*, *Aſchaffenburgenſis*, *Francofurtenſis*. *Pontes Lapidei,*

*Lucernenſis* ex ligno ſupra lacum ejuſdem nominis in Helvetia, tecto coopertus & ad utrumque latus picturis exornatus, ultra paſſus 1030. excurrit. *Pontes Lignei.*

*Tigurinus* ex ligno ſupra lacum ejusdem nominis, ad dimidiam horam ſive paſſus 2000. extenditur à Rapperswila ad alterum littus.

## PONTES BELGII.

*Leodienſis* latiſſimus Germaniæ, longus 200. paſſus, novem arcuum, præter hunc in urbe memorantur 10. Pontes, quales plurimi reperiuntur in toto Belgio. *Pontes plurimi in toto Belgio.*

*Sylvæ Ducis*, Herzogenboſch lapidei 51. lignei 38.

*Gandavi*, majores 98 minores longè plures.

*Lugduni* Batavorum, Leyden numerantur 145.

*Amſtelodami* potiſſimi ex lapide 223. quos inter eminet Pons novus Pulcherrimus & pretioſiſſimus.

## §. XIII.

## MAJORES GERMANIÆ FLUVII.

Terræ illæ plerumque feliciores eſſe ſolent, quas magna præterfluunt flumina, quidni Germaniam felicem eſſe dicam, magnis ac fœcundis fluminibus irriguam & ad tres orbis plagas navigabilem? ut patebit in eorum fontibus, curſibus & Oſtiis.



FON-

# FONTES ET OSTIA MAJORUM GERMANIÆ FLUMINUM.

*Fons ad Lat. 48. Ostia ad Lat. 49.*

*Danubius* Eschingæ oritur tenui fonte in Arce Fürstenbergica, sed paulatim per 60. rivos influentes & aliquot majora flumina ita accrescit, ut maximus sit Germaniæ fluvius, longissimo tractu per Sueviam, Bavariam, Austriam, Hungariam, Serviam, Bulgariam, Walacham, Moldaviam, Daciam transiens pluribus Ostiis in Pontum Euxinum illabitur. Quinque secundùm Eratosthenem, sex secundum Ptolemæum, septem denique secundum Ovidium, à Vienna usque huc crescunt vina generosa, & quæstum accolæ maximè circa Ostia plurimum faciunt, velut Hollandi respectu nostri.

*Fons ad Lat. 46. Ostia ad Lat. 52.*

*Rhenus* tum Græcis tum Latinis celeberrimus, Germaniam olim à Gallia dividebat. Nomen à puritate accepisse dicitur, quod Notham prolem in ejus aquis à legitima discernerent.

*Fons duplex.*

*Rheno* duplex est fons, Anterior unus juxta Alpes ex monte Crispalto, posterior propè Misacos, junguntur mediocri leuca supra Curiam. In Helvetia propter montium impedimenta, minùs est commoda ejus navigatio; ad Cataractam verò infra Schaffhusiam impossibilis. Ab urbe Basilea per æquam planitiem, amœnissimas ripas, & vitiferos colles fluit ad Bingam lenissimè, inde verò per montium horrentes angustias Bonnam usque cogitur, & subinde in gurgites præcipitat, exinde moderatior in Oceanum delabitur, licet ab ejus violenta irruptione sæpè turbatus diviserit alveum, & pene nomen amiserit, per Vahalim & Canales factos.

*Fons ad lat. 50. Ostium ad lat. 50.*

*Mœnus* pariter ex duplici fonte oritur ex Monte Pinifero Fictelberg, uno rubro, altero albo, qui infra Culmbacum confluunt, inde variis mæandris Franconiæ vitiferos colles & pingue solum irrigans, tandem per Archi-Diœcesim

cesim Moguntinam & Francofurtum transiens propè Moguntiam se Rheno miscet.


*Mosella* oritur in Vogesi montis comitatu Ferrette, Vico Bussans ad fines Lingonum non procul à fontibus Araris, præterfluit Lotharingiam, Bipontium, Luxemburgum, Treviros, & tandem ad Confluentiam abit in Rhenum magno cum impetu. *Fons ad lat. 48. Ostium ad lat. 50.30.*

*Mosa* oritur in Gallia ad Abbatiam Voyge & Monte Vogeso, rivus tam exiguus, ut nono minuto à fonte, utraque manu possis aquas sistere, ad Vicum tamen S. Tibaldi M. 15. à fonte cymbas tolerat. Inde progressus: inter Ducatus Bari & Lotharingiæ, latior Belgium superius pererrat, donec Rheni brachio propè Hollandiam se conjungat. *Fons ad lat. 47. 55. Ostium ad lat. 52.*

*Scaldis* oritur in Veromanduis finibus Galliæ, mox ejus fons in stagna dilatatus, Atrebates ingressus Cameracum abit, exinde Bochanium, *Bouchain*, alluit, Valencenas ingreditur, & Flandriam Hispanicam pervadit, donec infra Antwerpiam Seelandiæ finibus se commisceat. *Fons ad lat. 50. Ostium ad lat. 51.*

*Albis* oritur ex Silesiæ montibus Ribenzal & valle Teuffelsgrund, abundat ad confinia Bohemiæ Salmonibus & arenas quasdam volvit aureas. Rigat magna ex parte Bohemiam, deinde latissimè Saxoniam superiorem & inferiorem, donec per plurimas Insulas ad Hamburgum divisus pleno alveo in Mare Germanicum delabitur cum fluxu & refluxu maris Statis vicibus depugnans. *Fons ad lat. 50° 45′. Ostia ad lat. 54.*

*Odera* oritur è Moraviæ & Silesiæ finibus, Silesiam, Marchiam Brandeburgicam, Pomeraniam per Insulas Vandalicas abit in Mare Balthicum triplici alveo, unius aquæ virescunt, alterius nigrescunt, tertii navigatio perpetuis tempestatibus infesta est, his accedunt *Warta, Werra, Visurgis, Amysus.* Fluvii Germaniæ non ignobiles. *Fons ad lat. 51. Ostia ad lat. 55.*

## §. XIV.

# COMMUNICATIO GERMANIÆ CUM TOTO ORBE.

*Germania* per tot ingentia flumina & maria alluentia Emporium fit universale, quò congeruntur opes totius orbis. Ne nimium dixisse videar, consideranda propono emolumenta ex iis, quæ ad victum, vestitum, aliáque ad vitæ usum necessaria non solùm, sed & delitiosa undequaque apportantur.

### *Ex Mari Germanico, cæterisque Europæ Partibus per Rhenum.*

*Copia Piscium.* In *Germaniam* veniunt omnis generis pisces tum sicci, tum fumati, tum Saliti, Cancri Marini, Ostreæ, Salpæ, Salmones, Haleces &c. Oleosa Balænarum pinguedo, v. Tran, monstrorúmque aliorum Marinorum ossa, dentes, pelles &c. in incredibi copia ita ut Hollandi, teste Happelio L. 3. Cosm. ad solos Haleces capiendos viginti mille adhibeant diversi generis navigia & personarum facilè quadringenta millia, ac quotannis capi ac vendi à solis Hollandis Halecum milliones facilè 14800. sive 14800000000.

### *Per Visurgim, Albim, Oderam, Vistulam.*

*Mel, Cera, pelles pretiosa.* Ex *Mari Balthico*, ex *Norwegia, Dania, Suecia, Moscovia, Borussia, Polonia*, Pisces vento indurati, mel, cera, triticum, pelles pretiosæ, corium, asseres, mali, aliaque ligna pro struendis navibus & ædibus, succinum, salnitrum, pix, plumbum, ferrum, æs, cuprum &c.

### *Per Mare Germanicum & Rhenum.*

*Lana panni.* Ex *Anglia, Scotia, Hibernia*, pretiosa vellera, lana, panni, pelles, stannum, fossiles carbones, Horologia pretiosa, aliaque artefacta.

Per

## *Per Scaldim, Mosam, Mosellam.*

Ex *Gallia* frumentum, oleum, sal, Burgundica & Campanica vina, carbasus telæ subtilissimæ, denticulæ, fimbriæ, Tapetes & omnis generis vestimenta ad omnem modum. *Nova rara.*

## *Per Danubium & Rhenum.*

Ex *Italia* oleum, olivæ, poma citrina & aurantia, byssus, fila serica, aurea & argentea, panni & tela Holoserica, vitra, Crystallina &c. *Fructus Hortenses.*

## *Per Mare Gallicum & Flandriam*

Ex *Hispania*, oleum olivæ, vina generosa, sal, mala aurea, punica, citrina, ficus, amygdalæ, uvæ passæ, corium Cordubense, lana, panni. *Vina Generosa.*

## *Per Mediterraneum & Oceanum.*

Ex *Græcia*, vina cretica, malvatica, & muscata, sericum gossypium, mastyx. *Vina Dulcia.*

## *Per Flumina Germaniæ Mediterranea.*

Ex ipsa Germania, frumenta, vina Rhenana, Mœnana, Mosellana, Hungarica, Helvetica, Tyrolensia, ferrum, æs, argentum, & ex iis artefacta Norimberg. Augustana &c.

## *Per Oceanum ex Asiæ Provinciis.*

Ex *Insula Cypro*: sericum, gossypium, alumen, galla, saccharum, æs cyprium, aliáque metalla &c. *Aromata rara.*

Ex *Syria, Mesopotamia, Palæstina,* Tapetes Turcici, panni Cymatiles, sericum undalatum, arma & cultri Damasceni &c.

Ex *Armenia & Persia:* lapis Turcicus, lapis Bezoardicus, bolus Armenus, Margaritæ, Dactyli, caperæ, pistacia, olivæ, uvæ passæ, manna, tabacum, crocus, aqua rosacea, amygdalæ, sericum, syndon &c.

Ex *Arabia*, aurum optimum, corallium, lapis Bezoar,

Caffe, balſamum, benzoinum, manna, aloë, myrrha, maſtyx &c.

## *Ex India ejusque Inſulis Orient.*

*Gemmæ uniones.*

Gemmæ pretioſæ omnis generis, adamantes, carbunculi, lapis lazoli, Succinum, bezoar, ambra, balſamum, gummilacca, ſal armoniacum, alumen, cardamomum, Aſa fætida, borax, color Indicus, terebinthyna, camphora, ligna pretioſa, aquilæ ſeu calambuc, ebenum, ſandalum.

## *Ex India Orientali.*

*Rari fructus in omni genere.*

Coccus, cannæ marinæ, ſaccharum, ſericum, goſſypium, tabacum, piper, zinziber, oriza, cera, mel, cariophylla, nuces & flores muſcati, cinnamomum, aurum & ebur paſſim ex omnibus Inſulis & Peninſulis. Pſittaci, Simiæ, Catti ſylveſtres &c.

Ex *China*, argentum, mercurius, vitriolum, muſcus, ſericum, bombacion, radix china, china chinæ, herba The, vaſa porzelana, magnes, cinnabris, tuſch, Chineſiſche tinten, gummi varium, præſertim gummi Cie, quo rebus omnibus ſplendor inducitur.

Ex *Japonia*, aurum, argentum, cuprum, vaſa porzelana, vernices varii, tabacum, the, ſaccharum, fila aurea, argentea & ſerica, aromata pleraque.

## *Ex Africæ Provinciis.*

*Mumiæ aromata.*

Ex *Ægypto*, Dactyli, rheobarbarum, mumiæ, ſaccharum, caſſia, linum, corium, bombacion, muſcus, aromata, herbæ raræ, oleum, cera, mel, ſtactæ, reſina, corallia, uvæ paſſæ, frumenta &c.

*Monſtra ferarum.*

Ex *Barbaria*, aurum, argentum, oleum, dactyli, ſaccharum, amygdalæ, uvæ paſſæ, poma citrina, aurantia, ſal, ſandalum, cocus, ſalnitrum, corium, ſericum.

Ex *Guinea*, aurum, ambra, Ebur, corium, ſal, cera, mel, pſittaci, catti ſylveſtres.

Ex

Ex *Promontorio bonæ ſpei* & ora *Caffraria*, pelles animalium, dentes Elephantorum, aromata, herba the, & tabacum & vinum nobile inibi plantatum ab Hollandis.

## *Ex Americanis Provinciis.*

Ex *Regno Peruano & Chili*, aurum, argentum, lapides pretioſi, ſmaragdi, margaritæ. *Aurum Argentum.*

Ex *Maragnone & Mexico* flores varii & rari, Balſamum feles zybeticæ, ſaccharum, cachao & inde chocholata, lana, pelles, coheline, unde color rubeus conficitur.

Ex *Virginia & Braſilia* tabacum, lignum Braſilum, fernambucum, aliaque plura & rara.

## §. XV.
## EXITUS POPULORUM GERMANIÆ.

*Alemanni*, nunc *Suevi* circa Nicarum fl. in *Italiam*, *Galliam*, *Hiſpaniam*. *Eorùmque Nomina Antiqua*

*Angli*, nunc *Saxones* Inferiores in *Angliam*.

*Angrivarii*, nunc *Weſtphali* in *Franciam*.

*Boji*, nunc *Bavari* in *Bohemiam*.

*Bructeri*, nunc *Montenſes* in *Franciam*.

*Burgundiones*, nunc *Pomerani* in *Franciam Arelat*.

*Catti*, nunc *Haſſi* in *Franciam*.

*Chauci*, nunc *Oſt-Friſii* in *Galliam*.

*Cheruſci*, nunc *Brunſwico-Luneburgici* in *Galliam*.

*Gothi* ex *Scandia* primò ad *Viſurgim* ſedem fixêre, dein in *Italiam*, *Galliam* & *Hiſpaniam* progreſſi.

*Hermunduri*, nunc *Voitlandici*, *Variſcii* ad Sax. Sup.

*Heruli*, nunc *Pomerani Venedi* in *Italiam*.

*Longobardi*, nunc *Brandeburgici* in *Italiam*. *& Nova Moderna.*

*Marcomanni*, nunc *Bohemi*.

*Mediomatrici*, nunc *Lotharingi* à *Lothario*.

*Nemetes*, nunc *Spirenſes* ad Rhenum.

*Norici*, nunc *Auſtriaci*, *Styrii*, *Carinthii*, *Carniolii*.

*Quadi*, nunc *Moravi* ad *Bohemiam*.
*Saxones*, olim *Holsatici* latè circumfusi in *regnum Saxoniæ*.
*Semnones*, nunc *Saxones* Superiores.
*Suevi*, nunc *Marchi*, *Pomerani*, *Mecklenburgici*.
*Sicambri*, nunc *Westphali* circa *Paderbornam*.
*Treveri Mediomatricis* conjuncti, nunc *Treviri*.
*Tribocci*, nunc *Alsatæ* ad Rhenum Superiorem.
*Wandali*, nunc *Venedi*, in *Italiam*, *Hispaniam*, *Africam*.
*Vangiones*, nunc *Wormatienses* ad Rhenum.
*Varini*, nunc *Mecklenburgici* ad Mare Balthicum.
*Ubii*, nunc *Colonienses* & *Juliacenses* circa Rhenum.
*Vindelici*, nunc *Augustani* in *Suevia*.

## §. XVI.
# GERMANIA
## PRÆTER IMPERATORIAM DIGNITATEM, PLURES DEDIT REGES EXTEROS.

### *Ex Archi-Ducali Domo Austriaca.*

*Reges Hispaniæ*

PHILIPPUM I. Austriacum Regem Hispaniæ A. 1306.
FERDINANDUM Austriacum ab An. 1506. ad 1516.
CAROLUM V. Imperat. Hispaniæ I. ab Anno 1516. ad 1558.
PHILIPPUM II. ab Anno 1556. ad 1598. Quo nemo fortasse ab orbe condito latiùs regnavit.
PHILIPPUM III. ab An. 1598. ad 1621.
PHILIPPUM IV. ab An. 1621. ad 1665.
CAROLUM II. ab An. 1665. ad 1700.
CAROLUM VI. Imp. Hispaniæ III. ab An. 1703.

*Reges Italiæ, Hungariæ, Bohemiæ.*

Regni Neapolitani, Siciliæ, Sardiniæ.
Regni Hungariæ & Regni Bohemiæ.

Belgii

Belgii Hispanici & Burgundici.

Archi-Duces Austriæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Bosniæ, &c.

## *Ex Domo Bipontina Palatinorum Rheni.*

CAROLUM GUSTAVUM Sueciæ Regem ab An. 1654. ad 1660. *Reges Sueciæ.*

CAROLUM XI. Sueciæ Regem ab Anno 1660. ad 1697.

CAROLUM XII. Sueciæ Regem ab An. 1697. ad 1718.

## *Ex Domo Electorali Saxonica.*

FRIDERICUM AUGUSTUM Regem *Poloniæ* ab An. 1697. ad 1733. *Reges Poloniæ*

FRIDERICUM AUGUSTUM II. Regem *Poloniæ* ab An. 1733. usque huc.

## *Ex Domo Electorali Brandeburgica.*

FRIDERICUM III. Primum Regem *Prussiæ* ab An. 1701. ad 1713. *Reges Prussiæ*

FRIDERICUM WILHELMUM Regem *Prussiæ* ab An. 1713. usque huc.

## *Ex Domo Electorali Brunsvvico Luneburgica.*

GEORGIUM LUDOVICUM Regem M. *Britanniæ* ab An. 1714. ad 1727. *Reges M. Britanniæ*

GEORGIUM AUGUSTUM Regem M. *Britanniæ* ab An. 1727. usque huc.

## *Ex Domo Landgraviorum Hasso-Casselana.*

FRIDERICUM Regem *Sueciæ* ab An. 1720. usque huc. *Reges Sueciæ.*

## *Ex Domo Ducali Lotharingica.*

FRANCISCUM STEPHANUM M. Ducem *Toscanum* ab An. 1737.

§ XV.

## §. XV.

# *Natales Quarundam Urbium, & Architecturæ opera Illustria in Germania & reliqua Europa ab An. 1. Christi.*

*Sæculo I.* De Treviris Urbe antiquissima vulgare diverbium: *Ante Romam Treviris stetit annis mille trecentis.*

*Colonia Agrippina* ad Rhenum à *Germanico* Patre *Caligulæ* Cæsaris condita An. Christi 15.

*Ratisbona*, olim Imbripolis, unde *Regensburg* hodiedum Germanico vocabulo dicitur, A.C. 32.

*Pons Romanus* ad Ostia Tyberis à *Claudio* Cæsare constructus A. C. 42. nunc neglectus vix rudera antiqua sustinet.

*Augustus* Imp. initio Regiminis *Romam lateritiam* invenisse, moriens *marmoream* reliquisse gloriatus est. *Vespasianus* Templum Pacis Romæ ædificavit.

*Sæculo II.* *Trajanus* Imp. *Danubium* infra Hungariam Ponte planè admirando conjunxit, cujus adhuc manet Nomen & vestigia, *Apollodoro* Architecto.

*Ælii Hadriani* Imp. *Villæ* rudera hodiedum Architecti admirantur, in qua, teste *Spartiano*, Provinciarum & Locorum nomina inscripserat, cum picturis Lycæi, Academiæ, Canopi, Poëcili, Tempe &c. Ipsumque *Hadrianum* Imp. venustissimè pinxisse, atque etiam Imagines ex Cera & Creta finxisse, *Dio* scribit, instaurasse *Hierosolymam*, ac murum duxisse per 80000. passus, dividentem *Scotiam* ab *Anglia*. Tandem sepulchro *Hadriani* superbam molem impositam ab *Antonino* Pio.

*Marci Aurelii* Imp. Statua Equestris in Capitolio posita, Magni Artificis opus, indicat florentissimam hoc Sæculo Statuariam.

*Sæculo III.* *Brandeburgum* in Germania à Brenno An. 211.

*Buda* in Hungaria An. 234. *Aurelia* in Gallia ab *Aureliano*

*liano* Imp. condita An. 237. Ab eodem *Roma* muris validioribus & amplioribus munita.

*Firmas* Tyrannus Domum è quadratis vitris bitumine & aliis medicamentis illitam habuiſſe ſcribitur à *Vopiſco*.

*Byzantium* à *Severo* Imp. exciſum à *Conſtantino* M. inſtauratur, ac *Nova Roma* & *Conſtantinopolis* nuncupata, à Turcis *Stamboul*. *Conſtantinus* nobiliores eò Orbis Pictores, Statuarios & Architectos ſecum traxit, & poſt crucem ſibi de cœlo exhibitam, Templa in crucis formam ædificari præcepit. *Sæculo IV.*

Ex ſcriptis D. *Hieronymi* conſtat, ædificia hujus Sæculi auro fuiſſe opulenta.

*Baſilea* ſub *Valentiniano II.* ex *Auguſtæ* Rauracorum reliquiis erecta An. 374.

*Ferraria* è Vico Ferrajola & foſſa, quæ in Paduſam ducebat, mœnibus cingi cepta An. 432. *Sæculo V.*

*Mercatores* aliique opulenti ſuperioris Italiæ, Tyrannidem *Attilæ* fugientes confugiunt in paludes *Sinus Adriatici*, ubi nobiliſſimæ urbis *Venetorum* fundamenta locant An. 452.

*Theodoricus* Rex Gothus mœnium Romanorum partes ex cruſtis marmoreis & Silice inſtaurat: ſub eodem Rege Architectura Gothica à Gothis inventa. *Sæculo VI.*

Poſt triplicem *Romæ* devaſtationem per *Narſetem*, *Beliſarium* & *Totilam* è tophis, cæmentis, lateribus, & lapidibus mixtis reparata ſunt Mœnia Romana.

*Juſtinianus* Imp. Templum S. *Sophiæ* Conſtantinopoli celeberrimum & ampliſſimum erexit, eique trecenta ſexaginta quinque ſuburbia pro dote aſſignat, ac mille Clericos conſtituit, qui rem Divinam in eo peragerent.

*Theodelapius* Dux Spoletanus ſub initium Sæculi VI. Ponte ſimul & aquæ ductu planè mirabili *Spoleti* duos montes junxit, Teſte Campillo in Hiſt. Spolet.

*Gnesna* in Polonia à *Lecho* Sclavonico, poſtea Duce Poloniæ fundata An. 550.

*Victoria* Civitas in Hispania à *Leovigildo* Rege condita An. 580.

*Saeculo VII.* *Wirceburgum* in Franconia ædificata An. 606.

*Ferraria* in oppositam Padi ripam translata An. 673.

*Pampelona* Navarræ à Rege *Bamba* condita An. 674.

*Praga* in Bohemia & *Cracovia* in Polonia cæptæ. An. 686.

*Saeculo VIII.* *Hadrianus* I. Pontifex Confessionem, ut vocant S. *Petri* totam solido auro, Altare autem illi impositum, & parietes dextra lævaque argento contexit.

Sub *Carolo M.* Imperatore visa est Architectura reflorescere, & eum ædificandi modum tenere, quem *Gallieno* Imperante Architecti usurpabant. *Pons* quoque supra Rhenum paulò infra *Moguntiam Caroli M.* opus decennale, non longè post incendio deflagravit.

*Cassinense* Monasterium in monte Cassino à *Petronace*, An. 720. cœptum restaurari, ad miram amplitudinem & opes excrevit.

*Ovetum* in Hispania, & *Viterbium* in Italia conduntur.

*Saeculo IX.* *Dresda* ad Albim An. 808. *Aquisgranum* A. 809. à *Carolo* M. Imperatore conditæ. *Florentia* ab eodem instauratur.

*Alphonsus III. Zamoram* in Hispania condit An. 850. & Compostellanum *Templum D. Jacobi* ingenti summa sumptuum erigit An. 882.

*Saeculo X.* *Monachium* Bavariæ Ducum sedes inchoata An. 950. Eodem Anno *Magdeburgum* ab *Othone* I. Imperat. & *Hala* Saxoniæ.

Inclinante hoc Sæculo celeberrimum *S. Marci* Templum, plurium è Græcia Architectorum opera ædificari cœptum.

*Saeculo XI.* *Troja* Neapolitana in Apulia à *Balagno* Græco ædificata An. 1022.

*Schaffhusium* urbs Helvetica ad Rhenum An. 1053.

*Flo-*

*Florentiæ* Templa insignia *S. Lucæ*, *S. Martini*, S. *Miniatis* in monte, eriguntur medio ferè Sæculo.

*Rostochium* in Ducatu Mecklenburgico An. 1145.

*Berolinum* in Marchia Media Brandeburg. An. 1142. *Sæculo XII.*

*Berna* & *Friburgum* in Helvetia An. 1180.

*Mediolanum*, *Cremona*, *Placentia* ab *Oenobarbo* Imperatore excisæ brevi feciliùs resurgunt An. 1168.

*Templum* maximum B. V. Parisiis erigitur. *Sæculo XIII.*

*Templum* Ambianense Maximum Galliæ totius & nitidissimum An. 1220. inchoatum, continuo quinquaginta annorum labore, nec minore sumptu tandem absolvitur An. 1270.

*Stockholmia* in Uplandia Sueciæ An. 1259.

*Bilbaum* in Hispania in fine hujus Sæculi.

*Straubinga* in Bavaria circa idem tempus.

*Turris Cremonensis* totius Italiæ maxima à Guelphis erigitur An. 1290.

*Pons Londinensis* mirabilis ac ædibus ex utroque latere superstructis plateam adhuc satis amplam pro hominum transitu & curruum relinquit, erectus sub *Joanne* Rege Angliæ.

Armamentarium & Navale *Venetum* toti Europæ admirandum An. 1304. inchoatum accrevit mole magnifica usque huc ingenti summa sumptuum annuorum. *Sæculo XIV.*

*Templum* Cathedrale *Mediolanensium*, quo nihil habet Architectura Gothica nobilius; sed post immensos planè sumptus necdum absolutum ab An. 1386.

*Templum Ulmense* totius Germaniæ maximum cœptum ædificari An. 1377. post centum tandem annos absolutum.

*Templum* Cathedrale *Hispalense* magnificentissimum Nobilissimi Capituli sumptibus ædificari cœptum A. 1401. & Regio Ærario auctum. *Sæculo XV.*

*Florentini* splendidissimis Palatiis, aliisque egregiis operibus urbem suam speciosè exornant, unde hodiedum *Florentia pulchra* vocitatur. *Florentiæ* quoque *S. Mariæ* de flore Tholus primus erigitur An. 1446.

*Carthusia Ticinensis* à *Galeatio Sfortia* magnificentissimè exstructa exeunte hoc Sæculo.

Sæculo XVI. *Romæ* in Vaticano Basilica *D. Petri* sumptibus 48. Millionum exstructa, & vix dum absoluta sine ornamentis & altaribus pretiosissimis.

*Venetiis* absolvuntur *areæ Marcianæ* Porticus, quibus nihil perfectius habere dicitur Architectura. Ibidem Pons *Rivi alti* marmoreus unius arcûs & operis admirandi.

*Templum* & *Monasterium* magnificentissimum D. Laurentii in Escuriali à Philippo II. erectum.

*Sacellum* MM. Florentiæ Ducum sepulchrum rarâ materia & opere miro constructum.

*Wirceburgi* Hospitale *Julianæum* amplissimum, Ædificium Universitatis, Templum Academicum, & Seminarium *S. Chiliani* pro Alumnis Nobilibus & Clericis à *Julio* Episcopo largissimè fundata, cum trecentis & amplius Ecclesiis erectis in Diœcesi.

Sæcul. XVII. *Canalis* operis stupendi à Mari Mediterraneo per Galliæ fluvios in Oceanum Occidentalem ductus â Ludovico XIV. *Versaliæ* immensis sumptibus ad Regias delicias conditæ. Regia statua ex ære fusa 80000. pondo Monumentum ad Regis gloriam æternum.

*Viennæ* Pyramis SS. *Trinitatis* alta 66. pedes ex marmore erecta à *Leopoldo* I. Imperatore.

*Wirceburgi* Arx Mariana & urbs vallis & propugnaculis tuta redditur à Joanne Philippo I. ex Domo Schönborniana Archi-Episc. Mogunt. & Wirceburgensi & Wormatiensi.

Sæc. XVIII. Ibidem *Joannes Philippus* II. ex antiquissima familia de Greiffenclau Ecclesiam Cathedralem exornavit, Arcem Marianam armamentario insigni & novis vallis munivit, Templum Academicum cum Turri elegantissima, & Hospitale Julianæum novis ædificiis auxit.


Ibidem *Joan. Philippus Franciscus* Episc. ex Comitibus de Schönborn urbem novo Palatio Ducali adornavit, & novis

novis propugnaculis, uti & *Regiscuriam* in arvis fortiùs munivit. Universitatem insigni Bibliotheca & novis Professuris auxit.

Quæ omnia & multò plura in bonum Urbis & Patriæ prosequitur *Fridericus Carolus*, Franc. Orient. Dux Episcopus Bambergensis & Wirceburgensis, ex eadem Illustrissima Domo Comitum de Schönborn, oculis omnium & animis magis perspicua, quàm ut obscurâ hac pagella deformentur, cui proinde vitam & felicitatem in Imperii Patriæque bonum longissimam à Divino Numine flagitamus.

*Nova Germaniæ facies à Christi Fide susceptâ.*

Atque sic Germania, cum Europa, jam à mille fermè annis, quibus Christo subjecta est, depositis Gentilitatis & Antiquitatis suæ rugis, novam decorámque induit faciem Imperatoriam & Regiam. Estque nunc Regio adeò amœna, nitidisque culta urbibus, & operibus illustrissimis exornata, ut nulli Europæ, aut totius orbis Regioni cedat: omnibus ad victum, vestitum, aliisque ad vitam commodè sustentandam necessariis usque ad delicias instructa. Montes in ea vitiferi sunt, & metalliferi, opaca nemora, colles aprici, campi uberes, pinguia pascua, læta prata, variæ acidulæ, Thermæ salubres: nulla viridaria, nullæ consitiones, nullæ plantationes, nulli flores, nulli horti, nulla pomaria, nulla Tempe desiderantur. Omnis Europa à Germano negotiatore argentum habuit, priusquàm ad Indos navigaretur. Hæc Typographiæ, hæc Chalcographiæ, hæc Bombardarum, Tormentorum Bellicorum, & Pulveris nitrati inventrix. Hìc Manufacturarum in omni genere, & Liberalium Artium florent omnia studia, Tribunalia, Dicasteria, Politia publica, recta morum disciplina Hìc denique conservatum Sacri Romani Imperii Decus. Terra cui Benedixit Dominus, qui eidem porrò in finem Sæculorum de rore cœli ac pinguedine Terræ benedicere dignetur.



# INDEX LIB. IV. GEOGRAPHIÆ SPECIALIS POLITICÆ.

*PARTIS I.*



## CAPUT I.

### *Sacri Romano-Germanici Imperii Status Politicus in Capite & Membris.*

VI. Mar-

# CAPUT II.

## *Germania in ſuas Regiones ac Dominia diviſa.*

### Diviſio Prima
### In Germaniam Superiorem.

# CAPUT III.

## *Germaniæ divisio secunda in Germaniam Inferiorem.*

### Principatus Ecclesiastici Electorales.

# CAPUT IV.

## *Germania tota in suis Prærogativis ac Dotibus.*



Ferdi-

Impe-



PARS


Plani globium Terrestre.
24. Climata ab æquatore usque ad circ. Pol. Arct. per Semi horas accrescunt. primi eorũ in fine continet 12. horas 30. minuta. ultimũ 24. horas.
Climata Sex a Circ. Pol. Arct. ad Polum per menses integros accrescunt.
Septentrio
Circul Arcticus
Labrator
Ter Nova
de S. Laurenzo
Iezo
Mare Rubrum
AMERICA
N. Franc
California
Florida
I. Bermuda
MAR
Tropicus Cancri
I. Lucayas
DEL
MEXICANO
NORT
Guadalupe I.
I. Trinidad
I. S. Petro
Circulus Æquinoctialis
MARE PACIFICUM
I. Salomonis
Hoornsche Eylande
Lima
BRASILIA
Tropicus Capricorni
MAR DEL ZUR
PARAGUAY
Baldivia
TERRA MAGELLANICA
R. de la Plata
Fretum Magellanicũ
Nova Zeelandia
Circul Antarcticus
AUSTRALIS INCOGNITA
Meridies
Septentrio
Spitzberga
OCEANUS
Nova Zemla
Islandia
Hibernia
MARE ATLANTICUM
EUROPA
TARTARIA
PERSIA
BARBARIA
LIBIA
TIERRA DE NEGROS
GUINEA
AFRICA
INDIA
CHINENSIS
OCEANUS
OCEANUS ÆTHIOPICUS
I. S. Helena
MAR DE INDIA
Sumatra
Iava
Madagascar
B. Esperança
I. Trista de Acuna
Hollandia Nova
Av Diemens Landt
Meridies



# PARS II.
# GEOGRAPHIÆ SPECIALIS ECCLESIASTICÆ.
## PROŒMIUM.

Hierarchia Sancta ( cujus Statum & Regnum Ecclesiasticum nunc lustrare Geographico more conabimur ) Templum & Civitas Dei, Ecclesia Christi est, de qua vaticinatus olim fuerat *Jeremias* in fine capitis 31. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ædificabitur Civitas Domino &c. Sanctum Domini*; sive Templum. Hæc autem verba intelligi non posse de materiali Civitate & Templo Jerusalem, manifestum est; nam & Hoc & Ista à Romanis eversa. Civitas verò, quam in spiritu prævidit *Jeremias*, perpetua erit Ecclesia Christi Templum DEI vivum. Hinc concludit Vates: *Non evelletur, & non destruetur ultra in perpetuum.* Templum novum & æternum in ea ædificabit Christus prædicatione & vita sua sanctissima, amplissimum, sanctissimum, Augustissimum, in quo non boum, ovium, hircorum, arietumque victimis, sed proprio corpore & sanguine, omni pretio pretiosiore, litatur. Ecclesiam nempe non ex calce & lapidibus, sed ex hominibus fidelibus, Divino lavacro ablutis erectam, ut testa-

*Hierarchia est Civitas & Templum Dei.*

*Vivis Fidelium Lapidibus à Christo ædificatum,* testatur S. Paulus 1. Corinth. 6. *Vos estis Templum DEI vivi*, & S. Petrus Epist. 1. c. 2. *Ipsi tanquam lapides vivi superædificamini.* Ecclesiam hanc ædificatam perfecit, auro Charitatis ornavit, lutere Baptismatis, candelabro Fidei, mensa Corporis sanguinisque sui instruxit, se præterea Ipsum in Ea Propitiatorium, Sancta Sanctorum, Divinorumque thesaurorum omnium Arcam constituit. Quin & atria Sacerdotum, aliaque atria in ea disposuit, diversos nimirùm Christianorum Status, alios Martyres, alios Virgines, Continentes alios, alios Matrimonii vinculo connexos, alios Sacerdotes, alios Episcopos, alios Archi-Episcopos, alios Patriarchas, quibus omnibus unus præest Summus Pontifex, Christi in terris Vicarius. Sacrificium denique ipsum, Deo gratissimum, immaculatam dilectissimi Filii sui in Augustissimo Sacramento Hostiam. Civitatem quoque nobilissimam, atque opulentissimam circumædificavit, de qua David Ps 86. *Gloriosa dicta sunt de te, Civitas Dei*, Ecclesia: *diligit Dominus portas Sion super omnia Tabernacula Jacob.* Hanc Civitatem ipse fundavit Altissimus, Christus exstruxit, munivit, cœlestibusque divitiis locupletavit: ad hanc incolendam universum genus hominum, sive è Babylonicâ, sive Diabolica captivitate vocat: *munitum muro igneo,* absque muro habitabitur, cujus Dominus ipse est *murus igneus, & habitator in medio ejus, Rex in gloria summa & Majestate:* absque muro, quia tam ampla est, ut iidem sint, & hujus Urbis & Orbis fines. *Immensum à solo Deo mensurabile,* Quam Solus metiri potest Vir *Ezechieli* visus c. 40. *Similitudinem referens Mensoris,* sive Architecti, *lineum manutenens funiculum, calamumque mensorium,* Sancto Hieronymo aliisque Patribus, Christus Ecclesiæ fundator & exstructor. Nimirùm quæ sit Ecclesiæ longitudo in Sæcula: quæ sit latitudo, quas regiones, nationes, hominesque usque ad Orbis finem sit habitura: quæ altitudo Charitatis & meritorum: quæ profunditas humilitatis Fidelium: quæ rectitudo operum: quis ordo lapidum, Pontificum, Regum, Hominúmque cæterorum: quinam

quinam ſuperiori, quinam inferiori loco ſint collocandi, Ille novit, totamque molem & regimen orbis univerſi, funiculo, calamoque ſuo, Sapientia Divina, metitur & explorat Inquilinos. Homines ſiquidem in ea univerſali communitate humanâ, rationis Fideique ductum ſequentes, charitate exornati, ſanctis operibus vacantes: Jumenta etiam, qui nempe carnis voluptatibus ſe ſe mancipantes, jumentorum vitam vivunt. Non enim Civitas hæc ſanctiſſima ſanctos ſolùm viros, ſed & flagitioſos complectitur, quos ad frugem bonam, ſanctóſque mores reducere, & ex jumentis in homines, ex hominibus in Angelos Dei miniſtros, Divinâ quâdam metamorphoſi, transformare conatur ſanctiſſimis Legibus & Inſtitutis prorsùs Divinis, paſcere eos verbo ſuo, implere gratiis ſpiritualibus, & ditare opibus opulentiæ cœleſtis infinitis, tum charitatis auro, virtutúmque omnium gemmis fulgentiſſimis, tum Sacramentis, quæ auri hujus & gemmarum fodinæ ſunt opulentiſſimæ: imò æternos Reges facere & immortali gloria beare mortales. Regnum enim Chriſti fideles ſuos facit æternùm conregnantes cum Chriſto Rege ſuo ſempiterno, Deo ſimul & Homine clementiſſimo, juſtiſſimo, opulentiſſimo, potentiſſimo, Principe Pacis æternæ. *Cujus Regnum non eſt de hoc mundo*, terreno, caduco, perituro, miſero, moleſto, futili, ac vano Mortalium regno, *quorum vita vapor eſt ad modicum parens.* Jac. 4. Vapor evanidus aureâ quâdam exteri honoris ſpecie, regiæque potentiæ imaginariâ luce perfuſus. Somnia ſiquidem ſunt humana regna, ideoque meritò in ſomnis, Danielis 2. à *Nabuchodonoſore*, *Babyloniorum*, *Perſarum*, *Græcorum*, *Romanorum* Imperia viſa ſunt. Talia abjectiſſimis etiam mancipiis, imò inimicis ſuis Deus donat, uti Ethnicis Cæſaribus, *Caligulis*, *Neronibus*, *Maximinianis*, *Diocletianis*, *Sardanapalis*, *Alexandris*, aliisque impiiſſimis Imperatoribus, Regibus ac Tyrannis. Non ſunt hæc ornamenta, aut veræ opes, ſed viliſſima oſſa, quæ canibus ſuis Deus ex

*In eo Homines & boni & mali,*

*Mali, ut corrigantur: Boni, ut perficiantur.*

*Regi Chriſto conformes*

*Cujus Regnum non eſt caducum,*

*Quaie vidit Nabuchodonoſor*

*aut alii peſſimi ſæpè tenuere.*

opulentissima mensa projicit, furfuracei panes, quibus infima alit mancipia, Creatorem rerum omnium non agnoscentia. Qualis autem sit adventus & Regnum Christi Regis nostri directè pronunciat Zacharias c. 9. *Ecce Rex tuus veniet tibi Justus & Salvator, & Ipse pauper.* Talem Regem Mundus obstupescendo miratur, nec unquam capere poterit, Deum esse & hominem inopem, Regem Regum & Dominum dominantium vilibus hominibus subditum, peregrinum, velut vagum Judæam perambulantem, & hominum opinione imbecillem, qui tamen Divinâ fortitudine terribilis, *comminuet & consumet universa Regna hæc, & ipsum*, suum scilicet Regnum, *stabit in æternum.* Quod *Lapis* ille adumbrabat, qui sine manibus à monte abscissus, *Statuam*, quæ quatuor orbis Monarchiarum imago erat, evertit & solo coæquavit. Hoc Regnum omni terreno regno & infinitis aliis majoribus Augustius, hanc suam Ecclesiam, muro igneo defendit Deus, ut prædixit Isaias c. 62. *Super muros tuos Jerusalem*, Ecclesia, *constitui custodes, totâ die & totâ nocte non tacebunt in perpetuum:* nimirùm tum Angeli, Dei Ministri, tum vigiles Ecclesiæ Pastores, qui in celsioribus Ecclesiæ locis ac dignitatibus, non ut inde cæteros despiciant, constituti sunt, sed ut continuis precibus, orationibus, concionibúsque invigilantes, Civitatem noctu diuque custodiant, & convocent homines ad Christum & Ecclesiam. Nulla potentia prævalebit contra eam supra Petram firmissimam ædificatam, ut docet nos Ipse Christus. Matth. 16. *Portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Nullis adversitatibus frangetur, nullis persecutionibus superabitur; sed velut rupes in medio, locata pelago, circumtumentibus, irrumpentibúsque fluctibus stabit infracta. Fuêre quidem ex Vaticinio David. Psal. 29. *Mirabiles elevationes maris*, fuêre, hodiéque sunt horrendi adversùs Ecclesiam insurgentes fluctus, stupendæ persecutorum, Paganorum, hæreticorumque elationes; sed hìc confringent fluctus suos. Nam *Mirabils in altis Dominus*, à quo

*Sed quale mundus non capit,*

*æternum,*

*Defensum à Deo, ut custodîtum à custodibus Dei Ministris,*

*Contra Portas Inferni,*

*contra Paganos & Hæreticos*

à quo mirabiles fluctus, & hominum, dœmonumque elationes, mirabiliter ſedantur, ac novæ diſſipabuntur. *Generatio*, nimirùm teſte Salomone, *præterit, & generatio advenit*; *Terra autem*, Eccleſia Chriſti, *in æternum ſtat*. Generationibus prætereuntibus, & nobis advenientibus ſimiles ſunt hæretici & perſecutores Tyranni. Itaque generatio & horum & iſtorum præterit: præterit generatio Neronum, Diocletianorum, Maximinorum, aliorumque Eccleſiæ perſecutorum: præteriit generatio Novatianorum, Arianorum, Eutychianorum, Neſtorianorum, Manichæorum, Pelagianorum, aliorumque ſimilium: advenit noſtris ſæculis Generatio nova, tum perſecutorum, tum hæreticorum Neotericorum. Hæc etiam ſicuti reliquæ priores, more aquæ fluentis præteribit; Eccleſia autem vera *in æternum ſtabit*, nec timebit à novis identidem incurſionibus. Ut Fideles monet S. Auguſtinus in Pſ. 17. *Non vos terreant quidam fluvii, qui dicuntur torrentes; hyemalibas aquis implentur: nolite timere, poſt paululùm tranſit, decurrit aqua, ad tempus perſtrepit, mox ceſſabit diu ſtare non poſſunt; Eccleſia autem in æternum ſtabit*. Etiamſi, ùt exponit S. Ambroſius libro de Salomone c. 4. *Undarum fluctibus ac procellis ſæpè vexetur, tamen nunquam poteſt ſuſtinere naufragium, quia in arbore, in cruce Chriſtus erigitur*. Etſi ſæculum iſtud, tanquam pelagus, ſortitur infeſtum, nunquam allidi tur ad Saxum, fluctibus quidem quatitur, ſed non demergitur. Tandem omnibus fluctibus perſecutionum ſuperatis, omnibus hæreſibus exſtirpatis, uti arca ſuper montes Armeniæ, ita ſuper celſiſſimos cœli montes, poſt mille pericula, poſt mille exantlatos labores, feliciſſimè requieſcet.

*Tum Veteres tum Novos.*

*Torrentium inſtar prætereuntes.*

Et, ut præcinuit David Pſ. 71. *Dominabitur à mari uſque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum*. Quia *Chriſto data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra*. Regnum itaque Chriſti interminum & infinitum non eſt tantùm ſuper Eccleſiam Catholicam, ſed ſuper omnes gentes infidelium, imò Dœmonum, & eorum omnium, qui apud infe-

*Vel rebelles Deo cum Dœmonibus.*

inferos cruciantur. Utpote in cujus ſolo nomine JESU omne genu flectetur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Quale pauci agnoſcunt in tanto numero peregrinantium, & exulantium in terra, vel ignorantes, vera fidei luce deſtituti, vel malitioſi, aut incurii ſalutis æternæ, aut avaritiæ, aut ambitionis, aut voluptatum carnalium vitiis obcœcati.

*Vel cultum Deo debitum non exhibentes cum hominibus obſtinatis, aut ignorantibus.*

Hinc altiſſimo Divinæ voluntatis imperio, aut rebelles & refractarii, aut negligentes & deſidioſi, ſuo potius maleſano judicio, ſuo perverſo genio, ſuæ depravatæ naturæ, & infrænatæ libidini ſerviunt, quàm Regi ſuo Juſtiſſimo, clementiſſimo, optimo, potentiſſimo obſequantur, nec cultum Deo verum ac debitum inter tot Atheos, Idololatras, Paganos, Schiſmaticos, Hæreticos, Libertinos exhibeant.

*Coram Deo inexcuſabiles ſatis noto per ea, quæ facta ſunt.*

Qui tamen unà omnes, teſte Apoſtolo Rom. 1. *Inexcuſabiles ſunt*; quia, *quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt illis; inviſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur*, dummodò oculos aperiant, & mentem ab omni præjudicio liberam ad Deum ejusque Eccleſiam in terra viſibilem attollant, aut tria ſolummodò capita ad ſalutem neceſſaria attentiùs conſiderent, quæ Reverendiſſimus D. de Fenelon &c. *Archi-Epiſcopus Cameracenſis* in oper. Philoſoph. homini etiam ſimplici ita exponit & probat, ùt facilè veram religionem agnoſcat, eique toto animo ſe ſubmittat. 1. Exiſtit *Deus Creator univerſi, & omnium Pater*, quem propterea debent creaturæ rationales & Filii colere, modo quo poſſunt meliore tanta Majeſtate digno. 2. *Cultus* talis non habetur, niſi in *religione Chriſtiana*. 3. Et quidem *ſola Catholica* illum docet modo, ad omnium captum & neceſſitatem accommodato. Nemo igitur eſt, qui hanc non præferre debeat, atque in ea indubitanter vivere, ac mori præoptet, ſi ſaluti ſuæ conſultum velit. Quæ tria capita ruminatione digna in ſequentibus ita proſequitur.

PRI-

# PRIMO

# Exiſtit Deus infinitè perfectus, Creator Mundi omni laude digniſſimus.

Ut hanc veritatem percipiat homo, opus non eſt, niſi ut oculos aperiat, mentem habeat liberam; Statim enim abſque ratiocinio agnoſcet potentiam & Sapientiam Creatoris in opere ſuo relucentem. Quòd ſi aliquis, qui plùs vult ſapere, quàm oportet ſapere, hanc veritatem impugnet, cum illo neutiquàm diſputabo, id ſolùm rogabo, ut ſupponam illum poſt naufragium in deſertam Inſulam ejectum: ibi videt Domum ad omnes Architectonicæ Regulas conſtructam, omni ſuppellectilis genere magnificè ornatam, in conclavi interiore libros optimos in omni genere, pulcherrimo ordine diſpoſitos, nemo tamen mortalium comparet in tota Inſula. Jam quæro ex illo, utrum poſſit ſibi perſuadere, totum hoc opus eſſe fortuitum ſine induſtria dirigente? contendo potiùs ego, illum non poſſe, quantumvis ſibi vim inferat, ſibi perſuadere, hanc lapidum congeriem, tali ordine ac Symmetria diſpoſitam, hanc omnis generis ſuppellectilem, tanta arte ac proportione, elaboratam, & tam bellè collocatam, tot libros de ſublimioribus ſcientiis tam accuratè tractantes, combinationem eſſe merè fortuitam. Poterit equidem ſubtile aliquod ingenium forſan aliquid afferre, quo paradoxum adeò abſurdum quocunque demum modò ſpeculativè propugnet; practicè tamen non poterit unquam ſeriò dubitare de intelligentis induſtria in tali ædificio reſplendente. Hæc impotentia dubitandi in homine oſtendit, illum plenè convictum eſſe: hìc, ut ita dicam, ultimus humanæ rationis terminus eſt, quem ſupergredi non poteſt.

*Velut enim intuenti Palatium Architectus.*

Si

*Ita intuenti hoc universum Creator rerum omnium sit manifestus.*

Si jam talè ædificium nobis statim ingerat cognitionem industrii artificis, quantò magis hæc rerum universitas, immensum hoc opus, tanta rerum varietate distinctum, tanto ornatu variegatum, tam excellenti partium ordine dispositum, tam admirandis motibus conspicuum, illicò nobis manifestabit opificem sapientissimum? Hæc comparatio obvia est, & nemo est, quem illa non convincat de existentia Divinitatis, & fortè faciliùs hominem simplicem, quàm Philosophum vanum; hæc enim est differentia inter plebejum hominem, & talem sciolum, quod ille sua simplicitate sequatur statim ea, quæ primo aspectu ei manifesta fiunt; iste verò suis præjudiciis seductus, variis subtilitatibus ipsam suam rationem obnubilet. En igitur Divinitatem ita omnium oculis expositam, ut nullus homo mentis compos, qui attentus sit sine vanitate, & animi passione, illam non videat. Tantum abest, ùt opus habeat multo ratiocinio, ut potiùs nihil timendum habeat, quàm ut fallaci ratiocinio implicetur: non magis opus habeat meditatione, ut Deum suum ex aspectu mundi visibilis agnoscat, quàm ut supponat Horologopæum, dum videt Horologium, aut Architectum, dum considerat ædificium.

*Ideoque omni meliore modo colendus à creaturis Creator.*

Statim autem ac Homo cognoscit suum Creatorem ac Patrem optimum, à quo habet esse, vitam, & omnia ad vitam necessaria, à cujus nutu dependent omnia, quique suprema potestate illa gubernat, à quo solo, uti sunt omnia, ita etiam ille suam felicitatem exspectare debet: homo, inquam, qui hoc cognoscit, naturali rationis dictamine agnoscit etiam, & judicat, supremum hunc creatorem, ac Patrem optimum colendum esse, & quidem modo, quo potest meliore, &, quantum in ejus viribus est, tanta Majestate ac bonitate condigno.

SE-

# SECUNDO
# Sola Religio Chriſtiana cultum habet DEO dignum.

Religionis Chriſtianæ fundamentum & baſis eſt amor DEI; hoc enim eſt primum & maximum mandatum, hæc prima Regula: *ut Deum noſtrum amemus ex toto corde, ex totis viribus.* Religiones reliquæ conſiſtebant in timore Deorum, quos cupiebant placare; atque in ſpe beneficiorum, quæ ſtudebant ſibi procurare, per aliquem cultum exteriorem, per preces, & ſacrificia. Religio autem, quam nos docuit JESUS CHRISTUS, nos obligat ad Deum magis amandum, quàm nos ipſos, atque ad nos ipſos non aliter amandos, quàm ex amore ipſius: nobis illa proponit in mercedem, perfectum & æternum amorem: illa exigit abnegationem perpetuam: *abneget ſemetipſum.* Exigit nempe omnis amoris proprii excluſionem, ut nos duntaxat amemus ex charitate, veluti rem ad Deum ſpectantem, quámque Deus vult à nobis amari in ſemetipſo. Hæc inverſio totius hominis, eſt reſtitutio ordinis novi hominis. En! quod ingenium humanum non excogitavit: ſuperiorem eſſe potentiam neceſſe eſt, quæ vertit hominem contra ſe ipſum, eumque cogit ad ferendam hanc ſententiam contra ſuum amorem proprium; nihil tamen adeò evidenter juſtum eſt, nihilque ſimul, quod intima hominis, ſui ipſius Idololatræ, adeò evertat funditùs. Deus non ſufficienter colitur, niſi per hunc amorem ſummum, ut ſæpè repetit *S. Auguſtinus.* Unde ergo factum eſt, ut potiſſima pars hominum deflecteret in oppoſitum? ſubſtituit nempe ſacrificia animalium, thus, aliaque dona in locum ſui ipſius victimæ, quam oportebat immolari.

*Cujusmodi fundamentum eſt amor Dei ſuper omnia.*

*Qui exigit abnegationem amoris proprii.*

*Quam Chriſtus nos docuit.*

Dicatur jam homini, etiam ſimplici & indocto, quod debeamus amare Deum Patrem noſtrum, qui nos fecit

propter se: verbum hoc statim penetrabit cor ejus, nî superbia, vel amor proprius impediat, nec opus habet discussione, ut sentiat, hanc esse religionis summam.

*Et sola religio Christiana servat.*

Jam verò iste *cultus* nusquam reperitur, quàm in *Religione Christiana*; non est ergo, cur deliberes, ut eligas; alius omnis cultus inferior est, nec est, nec meretur nomen Religionis. Judaismus erat initium, & imago *cultûs promissi*: si inde tollas figuras rudes, imperfectiones toleratas, ceremonias legales, & similia, erit Christianismus inchoatus: *Christianismus* perfectus sublatis imperfectionibus omnem docet perfectionem, etiam internam, & quidquid interiùs in imo corde vitiosum est, rejicit: est eversio Idololatriæ amoris proprii, & institutio purissimi *cultûs Dei* per amorem summum & supremum. Quære jam quantum volueris, non invenies verum hunc *cultum*, evolutum, depurgatum, & perfectum, nisi apud *Christianos*; hi soli cognoscunt *Deum* infinitè amabilem, & condignè colendum docent.

*Sublatis imperfectionibus Judaismi.*

*Damnatis erroribus, insaniis & vitiis Mahometanorum Gentilium & Pseudo-politicorum:*

Quid enim Mahometani? non merentur, ùt de illis fiat hìc mentio. Eorum religio non est, nisi cultus rudis, servilis, mercenarius, carnalis: admirantur falsum Prophetam, qui ipso fatente nullam habuit missionis suæ probationem, qui legem suam multis ineptiis & fœditatibus inspersit. Neque mentio facienda est de populis aliis barbaris, eorumque insaniis. Neque in comparationem venire possunt illi populi, qui magis culti reputantur: fuêre quidem inter illos sapientiores aliqui, qui de virtute, de honestate, decoro, & Politia externa, multa præclarè scripserunt, nullus tamen eorum est, qui in suo cultu non habuerit ineptias & vitia. Id patet ex Ægyptiorum, Græcorum, Romanorum, cultiorum olim Paganorum delubris, oraculis, auguriis, festis, ceremoniis &c. Idem suo modo intellige de populis hodie cultioribus, quales reputantur Sinenses, qui etsi leges quasdam morales, & Politicas bonas habeant, in suo tamen cultu ineptias habent, aut vitia.

Et


Et si hæc deessent, nullus tamen eorum omnium est, qui de DEO rectè sentiat, *illum adoret in spiritu & veritate*, eumque colat, utì convenit, non amando seipsum, aut aliud, nisi propter DEUM, & omnia referendo ad ipsum.

Homo igitur simplex & rectus, etsi quærat, & percurrat omnia, nusquam gentium consistere poterit, & invenire, quod optat, nisi apud *Christianos*, cùm apud hos solos inveniat amorem perfectum. Statim atque hunc invenit, invenit omnia, probéque intelligit, nihil aliud sibi superesse quærendum. Mysteria summa non eum absterrent; comprehendit enim, quod, cùm ipsa *Natura*, *opus Dei*, ab imbecilli suo ingenio comprehendi non possit, mirari non debeat, se non posse comprehendere omnia *Secreta Divinitatis*: ipsa hæc imbecillitas vertitur in fortitudinem, & ejus tenebræ in lucem, ùt diffidat sibi, & docilis fiat DEO. Nullam difficultatem habet credendi, *Deum*, amorem infinitum, dignatum fuisse ad nos descendere in carne, nostræ simili, ut temperaret radios suæ gloriæ, nosque doceret amare, & seipsum amaret in nobis. Atque in hoc sensu verum est dicere, *veram Religionem* potiùs inveniri corde, quàm ingenio: & revera invenitur simplicissimè per amorem DEI, infinitè amabilis, non per ratiocinium subtile Philosophorum. *Socrates* ipse nihil ferè invenit, cùm interea humilis muliercula & opifex docilis inveniunt omnia, dum inveniunt amorem perfectum. *Confiteor tibi Pater, quia abscondisti hæc à sapientibus, & revelasti ea parvulis.* Amor DEI sine discussione decìdit de summa rei in favorem Religionis Christianæ. Hoc in sensu, uti loquitur Tertullianus, *Anima naturaliter est Christiana.*

*Eversa omni amoris proprii Idololatria.*

*Et stabilito amore Dei in cordibus magis, quàm ingeniis.*

*abscondito à sapientibus, revelato parvulis.*



# TERTIO
## Sola Ecclesia Catholica docet hunc cultum modo ad captum & necessitatem omnium hominum accommodato.

*Per Deum Hominem factum.*

Characteristica *veræ religionis* est *Cultus Deo dignus* capite præcedenti explicatus: hunc non adinvenit homo, sed homines docuit ipse, *DEUS*, *Homo factus*. Amor perfectus DEI cogniti est basis illius & fundamentum; reliqua, uti plures veritates revelatæ, speculativæ & practicæ, sunt *Cultus*, magis extensus, & explicatus, quæ tamen eò tendunt omnia, ut Deus perfectè cognoscatur, & ametur, & colatur, modo tanta Majestate & Bonitate condigno. *CHRISTI Verbi incarnati*, doctrinam scriptam, vel traditam profitentur, quotquot Christiano nomine gloriantur, sed quis eorum puram JESU CHRISTI doctrinam ita proponit, ac docet, ut homo simplex & rectus eam facilè agnoscat, & indubitanter sequi possit?

*Cujus doctrinam vel scriptam vel traditam explicat sola Eccl. Catholica.*

*Quâ explicatione indigent indocti ob discussionem sibi impossibilem.*

Omnes homines, præsertim simplices & indocti, indigent Authoritate, quæ decidat, & ejus decisioni fidere possint, quin opus sit discussione, cujus patenter incapaces sunt: qua enim ratione exigi potest, ut mulier rustica, vel opifex plebejus examinet Textum originalem, editiones, versiones, & sensus varios Textûs Sacri? DEUS defuisset indigentiæ & necessitati omnium ferè hominum, nisi ipsis constituisset Authoritatem infallibilem, per quam eximantur hac discussione impossibili, & errandi periculo liberentur. Igitur homo indoctus, qui perbene noscit *Dei Bonitatem*, & satis superque experitur suam impotentiam, supponere debet talem Authoritatem à DEO ordinatam

natam, eamque humiliter ac demissè quærere, ut eidem se submittat. Sed ubinam locorum hanc inveniet?

Societates omnes ab *Ecclesia Catholica* separatæ, in eo separationis suæ fundamentum reponunt, quod velint, quemlibet hominem privatum, constituere Judicem scripturarum, seque illi ostensuras spondeant, scripturam contradicere antiquæ illi Ecclesiæ; primùm statim, quod personam quamlibet privatam, si sectas illas audiat, oportet facere, est, ut sibi arroget prærogativam Judicis, & judicet inter Illas & Ecclesiam, quam deseruerunt. Jam quis opifex, aut quæ rurestris muliercula possit sine ridiculâ ac temerariâ arrogantia, offensionis plena, apud se sic statuere, & dicere: *Nunc vadam & examinabo, utrùm Ecclesia antiqua bene vel malè interpretata sit Textum scripturæ.* En nihilominùs punctum essentiale & fundamentum separationis omnis rami ab antiquo stipite! cuilibet indocto, qui scit, & experitur suam ignorantiam & inscitiam, horrori esse debet primus hic passus, & actus adeò arrogans & temerarius; quærit proinde Authoritatem, quæ illum eximat ab hoc actu temerario, atque à tali examine, cujus ipse incapax est. Omnes novæ sectæ, sequendo suum principium fundamentale, clamant, eique dicunt: *Lege, discute, judica, decide.* Sola Ecclesia antiqua eidem dicit, *non judica, non decide*; sufficiat tibi humilem esse ac docilem: Deus suum mihi promisit spiritum, ut te servem ab omni errore immunem. Quam Harum sequatur indoctus iste? an illas, quæ petunt ab ipso impossibile? an istam, quæ promittit ei, quod ipsius impotentiæ, & *Bonitati Divinæ* maximè convenit?

*Et defectum Judicii recti inter sectas, & Ecclesiam.*

Propone tibi Paralyticum, qui vult è suo lecto se proripere, quia domus concepto igne flagrat. Consilium petit, & opem à quinque viris astantibus, qui omnes ei dicunt:

*Quod patet in Paralytico per se currere*

*non valenti, nisi juvetur ab alio.*

cunt, surge, curre, penetra confluentem turmam, libera te ab hoc incendio. Denique invenit sextum, qui ei dicit: permitte te mihi, ego te hinc exportabo in meis brachiis, & ponam in tuto loco. Putásne illum fidem habiturum quinque viris, qui ei consulunt, quod probè scit, & sentit, se facere non posse? an non potiùs credet illi, qui solus ei promittit auxilium, suæ impotentiæ accommodatum? Huic ille se totum permittit sine ulteriore ratiocinio; nec aliud quærit, quàm ut se in illius brachiis tractabilem præbeat ac docilem. Ita profectò evenit homini in sua simplicitate, & ignorantia humili, & submisso: fieri non potest, ut seriò audiat illas sectas, quæ inclamant, eique dicunt: *Lege, discute, decîde.* Cùm perbene sciat, ac sentiat, se nec posse *legere*, nec *discutere*, nec *decidere.* Singulari potius ipsi solatio est, quod audiat *Ecclesiam antiquam* sibi dicentem: agnosce tuam impotentiam, submitte te, esto docilis, confide Bonitati Dei, qui nos non relinquit sine auxilio, quo ad ipsum pervenire possimus: sine, permitte te mihi, ego te recipiam in mea brachia. Nihil simpliciùs, nihil breviùs hâc viâ, ut perveniat ad veritatem: homo indoctus, nec indiget libro, nec ratiocinio profundiore, ut veram inveniat Ecclesiam; clausis oculis clarè intelligit, illas omnes, quæ volunt illum constituere Judicem, non esse tales, quibus possit fidere, eamque solam, quæ jubet, ipsum demissè ac humiliter credere, posse esse veram. Librorum ac discussionum loco ei satis sunt *propria impotentia*, & *Bonitas Divina*, ut rejiciat adulantem seductionem, & firmus persistat in humili docilitate: prudens ipsius ignorantia sufficit ad decidendum; hæc ipsa ignorantia ipsi vertitur in scientiam infallibilem: quò magis ignorans est, eò magis hæc ignorantia palpandam ipsi exhibet absurditatem Sectarum illarum, quæ volunt eum constituere Judicem in re, quam non potest examinare.

Et

Et Hæc *Authoritas* non indoctis modò, sed ipsis etiam doctis summopere proficua est, ac necessaria, ut humilientur, & suam sentiant incapacitatem. Continua altercatione, & discussione sæpiùs ita implicantur, ut conjiciantur in majora dubia, quàm indocti: disputant sine fine inter se, & sæpè pertinaciter adhærent opinionibus absurdissimis. Æquè igitur ipsi, ac plebs infima, indigent *Authoritate suprema*, quæ deprimat eorum arrogantiam, corrigat eorum præjudicia, terminet illorum lites, tollat dubia, dissidentes ad concordiam revocet, & denique docti uniantur cum indoctis, idemque sentiant omnes.

*Eadem explicatione indigent docti inter tot lites inextricabiles sine authoritate Judicis supremi*

Sed ubi hanc *Authoritatem* omni ratiocinio superiorem inveniemus? in nulla sectarum inveniri potest; quæ non aliter formantur ac coalescunt, quàm inducendo homines ad examinandum & discutiendum, constituendo eos judices scripturarum supra *Ecclesiam*. Non igitur inveniri potest, nisi in *Ecclesia antiqua*, quam *Catholicam* dicimus: in hac enim ortæ sunt dissensiones: in hac fuit semper, & est *Authoritas* quæ veritatem doceat, & dissidentes ad concordiam revocet, aut reluctantes condemnet. Quid simpliciùs? quid imbecillitati plebis magis accommodatum; quàm decisio? ad quam non alia re opus est, quàm ut quis sentiat suam inscitiam, & nolit tentare, quod est impossibile.

*Hanc authoritatem sola habet Ecclesia Catholica.*

Veram igitur ad felicitatem viam cognoscere potest homo, qui rationis compos est, qui mentem habet liberam, qui rectus est corde, & illam sincerè quærit. Inprimis enim ex admirabili hac Mundi rerum universitate potest cognoscere Sapientiam, Potentiam, Bonitatem Creatoris & Patris optimi, quem propterea colendum intelligit modo, quo potest, meliore, & quantum in ejus viribus est, tanta Majestate ac Bonitate condigno. Talem

*Quæ docet Creatorem omnium omni meliore, modo colendum & amandum, ergo &c*

lem autem *Cultum* nusquam reperit, nisi in sola *Religione Christiana Catholica*, quæ omnem perfectionem docet, & quidquid etiam interiùs, vitiosum est, excludit: quæ pro fundamento & basi habet amorem Dei supremum ac perfectum, quo DEUS amatur super omnia, & omnia referuntur ad ipsum. Hunc porrò *cultum*, prout illum à Christo accepimus, & se extendit ad omnes vitæ humanæ actiones ritè peragendas, atque ad DEUM referendas, *sola Ecclesia Catholica* proponit ac docet modo, qui Divinæ Bonitati maximè conveniat, & sit ad captum & necessitatem omnium hominum accommodatus. Conclusionem particularem inde deducendam aliis relinquo, solùm ea, quæ ad Geographiam Ecclesiasticam spectant hic prosequor.



GEO-

# GEOGRAPHIA HIERARCHICA.
## Sacri Imperii Romano-Pontificii Per totum Orbem.

# CAPUT I.
## Primitiva Christi Ecclesia & Generalis ejus Status.

Ecclesia Christi est Congregatio Hominum Fidelium ob bonum spirituale, nempe propter salutem Animarum, sub supremo capite Christo, ejusque in Terris Vicario, summo Pontifice, tanquam capite visibili congregata. Talis Congregatio primò coaluit in Apostolis & Discipulis Christi; Hi enim post *Christi* in cœlos ascensum, & missum de cœlo *Spiritum Sanctum* per totum orbem terrarum dispersi fidem Christi docuerunt. *Petrus* & *Paulus* Romam, *Jacobus* Major Hispaniam, uti traditur, *Jacobus* Minor Judæam, *Joannes* Asiam minorem, *Andreas* Scythiam & Achajam, *Philippus* Asiam superiorem, *Thomas* Parthos & Indiam, *Bartholomæus* Armeniam, Albaniam, & Citeriorem Indiam, *Matthæus* & *Mathias* Æthiopiam, *Simon* Mesopotamiam & Persidem, *Judas* Thadæus Arabiam & Idumæam, *Paulus* Ethnicos varios; sed hæc primordia tantùm nascentis & crescentis Ecclesiæ. *Ecclesia Christi*

Quemadmodum enim rerum omnium primò nascentium conditio est, ut nihil absolutè perfectum in lucem *Ortus Progressus.*

prodeat, sed singula sensim crescant & perficiantur; ita quoque Ecclesiæ Christianæ in ortu suo & progressu idem evenisse compertum. Sicut namque ædificia à fundamento exurgunt, & lapides super lapides positi cum reliqua Symmetria partium structuram tandem absolvunt: sicut semina & plantæ paulatim proficiunt, ac in ramos & fructus se se latè diffundunt. Sicut Infans paulatim crescit in puerum, adolescit in juvenem, maturescit in virum perfectum; ita etiam Ecclesia à Christo supra Petram fundata surrexit ad omnimodam perfectionem, *adversus quam Portæ Inferi non prævalebunt:* Semen *Verbi Divini* excrevit in arborem, *ita ut volucres cœli veniant, & habitent in ramis ejus:* Primo nata de Latere *Salvatoris*, quasi Infans, inter primos *Antiochiæ* Christianos cepit adolescere, *Romæ* verò sanguine Martyrum confortata, tandem sub *Constantino M.* reliquisque temporibus ad justam maturitatem pervenit, necunquam, ut res cæteræ perituræ, defecit, neque deficiet, sed potiùs in totum orbem diffusa fidelium, post tot sectas, Hæreses, persecutiones magis & magis roborata, ipso Christi oraculo, in suo vigore crescet, & perdurabit in finem sæculorum.

*Perfectio Ecclesiæ*

*Matth. 16.*

*Matth. 13.*

*Maturitas Propagatio*

*Hierarchicum* hujus & *Catholicum* in totum orbem terrarum *Imperium* meritò separamus à *Politico* Particulari, quod vel uno tantùm Imperio, vel uno tantùm regno, aut unica Dominatione terrena concluditur, primóque loco ponimus, quia prius isto dignitate, sanctitate, Universalitate, ac ne sacra prophanis, Ecclesiastica Politicis confusè misceantur.

*per totum orbem*

1. Caput erit de Primitivo Ecclesiæ Statu. 2. De Moderno Regimine Ecclesiastico. 3. De ejusdem Propagatione per totum orbem. Ubi singulæ 4. orbis partes, earumque regiones ac Provinciæ saltem potiores breviter, cum Authoribus fide dignis, percurrentur.

*Divisio Tractatus.*

§. I.

## §. I.

# PRIMUM POST CHRISTUM ECCLESIÆ CHRISTIANÆ CAPUT VISIBILE.

Nemo Christianorum negaverit *Petrum* à *Christo* fuisse constitutum caput Ecclesiæ his verbis: *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Item *Pastorem* factum Ecclesiæ per verba: *Pasce agnos meos, pasce oves meas.* Item supremam in Ecclesia potestatem ei collatam his verbis: *Tibi dabo claves regni cælorum: quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cælis.*

*S. Petrus Caput Ecclesiæ totius*

Item Principem totius Collegii Apostolici electum: Hinc quoties in Evangelio recensentur Apostoli, *Petrus* ponitur primo loco. Soli *Petro* facta est prima revelatio Divinitatis Christi. Soli *Petro* à Christo promissa est stabilitas Fidei & Cathedræ. *Petro* inter Apostolos primùm apparuit Christus post resurrectionem. *Petrus* sua authoritate alios congregavit ad eligendum, qui Judæ succederet in Apostolatu. *Petrus* primus post spiritûs sancti adventum, Evangelium prædicavit Judæis. Primum miraculum Idem apud Judæos fecit in Evangelii confirmationem. Primus in Concilio pro Legalium cessatione sententiam dixit. Accedit consensus Patrum, profitentium hunc Petri in Ecclesia Primatum, ut videre est apud *Bellarminum* & alios.

Sicut autem Primus *Christo* successit *Petrus*, ita Petro in eadem potestate successerunt reliqui Pontifices usque ad Modernum *Clementem XII.* Eadem namque ratio, quæ pugnat pro *Petro*, militat pro *Successoribus* illius. *Christus* enim tradens Petro Authoritatem & formam regendi Ecclesiam, tradidit illam ut perpetuò duraturam, adeoque ut transmittendam in successores. Hinc Patres semper

*Ejusque Successores*

habuêre Romanos Pontifices, ut Petri in Primatu successores. Ut patet ex Can. 6. Conc. Nicæni.

Præterea, ubi deponendæ controversiæ Ecclesiasticæ, si non est *caput visibile?* si non est *Judex*, ad quem in dubiis suæ salutis recurrat Christianus? rem hanc ex ipsis Christi verbis satis claram, tot sanctorum Ecclesiæ Doctorum consensu comprobatam, & longa, indubitatáque Doctissimorum virorum traditione stabilitam, hìc, pro foro nostro, non decidimus Polemicè, sed Geographicè tantùm referimus.

## §. II.
## VARIA PRIMITIVÆ ECCLESIÆ OFFICIA ET TITULI.

*Patriarchatus. Primatus*

S. Petrus, Christi Vicarius, fundatâ priùs *Ecclesia Antiochena*, Anno 36. *Romam* concessit ubi Anno 43. regnante *Claudio Imperatore* sedem fixit, & Discipulos suos in fide probatos in diversas orbis partes *Episcopos* ablegavit, è quibus illos, qui toti alicui regno ampliori cum potestate præesse jussi sunt, *Patriarchas* appellari voluit, qui verò unam tantum provinciam moderaturi erant, *Archi-Episcopos*, & inter hos unum aliquem *Primatem*; cæteros verò simplici nomine *Episcopos* nominavit. Interim *Petrus* modò dictos *Titulos*, quibus alios insignivit, Primus ipse gessit, & exercuit *officia*, quò eum provocabat Christianorum salus & necessitas, aut Tyrannorum immanitas permittebat. Fuit enim primò Urbis Romanæ Episcopus, dein *Archi-Episcopus* totius *Latii*; Exin *Primas* totius Italiæ; denique cûm multiplicati essent Episcopi & Christiani per totam *Europam*, *Petrus* officium gessit totius occidentis *Patriarcha*, fundavitque duos *Patriarchatus Romanum* & *Antiochenum* quibus accessit per S. Marcum *Alexandrinus* in Africa, per Concilium *Nicænum Hierosolymitanus*, per Concilium Constantinopolitanum *Constantinopolitanus* teste

*Archi-Episcopatus Episcopatus.*

*Successio Officiorum*

Abbate

Abbate Fuliensi in Geographia sacra. Quos etiam Imperator *Justinianus* in Novella 123. hoc ordine ponit: *Beatissimus Archi-Episcopus & Patriarcha Senioris Romæ, Constantinopolis, Alexandriæ, Antiochiæ & Hierosolymiorum.* Qui sese omnes *Petro*, ejusque successoribus Romanis, tanquam *Christi Vicario*, ac supremo totius Ecclesiæ Christianæ Capiti submiserunt, usque ad Schismata Orientis, de quibus postea dicetur.

*Patriarchatus Romanus Primus Constantinopolit. 2. Alexandrinus 3. Antiochenus 4. Hierosolymitanus 5.*

## §. III.
## PATRIARCHATUS ROMANUS.

Jurisdictio Patriarchatûs Romani olim extendebatur in totam Occidentalem Ecclesiam, juxta divisionem Romani Imperii, ut probat *Zonaras* in Canon 6. Concilii Nicæni, & Herodianus Lib. 4. continebat Provincias 7. Scilicet *Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam, Illyricum,* antiquam *Daciam,* magnam *Britanniam.*

*Patriarcha Romanus.*

In *Africa* totidem cum Romana Republica Provincias: nempe *Proconsularem, Bizazenam, Tripolitanam, Cæsariensem, Sitifensem, Tingitanam, Numidiensem,* quibus omnibus unus tantum præfuit *primas Carthaginensis.*

*Supra 7. Prov. Europæ. Et supra 7. Africæ.*

## I.
## PATRIARCH. ROMANI JURISDICTIO IN ITALIA.

*Pontifex Romanus,* ut *Episcopus,* semper præfuit *Romæ*; ejusdemque *Clero,* & *Christianis* in ea.

*Papa Episc. Romæ.*

Ut *Archi-Episcopus Latio* veteri & novo, *Campaniæ, Tusciæ, Umbriæ, Picæno, Anconæ, Suburbicario, Samnio, Apuliæ, Calabriæ, Lucaniæ, Brutio, Corsicæ* Insulæ, in quibus Provinciis numerabantur *Episcopatus* 179.

*Archi-Episc. Latii.*

Ut *Primas* toti Italiæ, ejusdemque *Archi-Episcopis* 5.

*Primas Italiæ.*

I. *Mediolanensi*, qui imperabat Episcopis *Liguriæ*, *Alpium Cotiarum*, & utriusque Rhætiæ.

II. *Ravennatensi*, qui imperabat Episcopis *Flaminiæ* & *Æmiliæ*.

III. *Aquileensi*, cui parebant Episcopi *Venetorum*, & *Istriæ*.

IV. *Siracusano*, cui suberant Episcopi totius *Siciliæ*.

V. *Calaritano*, cui parebant Episcopi *Sardiniæ* & *Balearidum*, in quibus Provinciis omnibus erant Episcopi 89.

*Patriarcha Europæ.* Denique ùt *Patriarcha* toti præsidebat *Europæ*, in qua præter *Italiam* erant: *Hispania, Gallia, Germania &c.*

## II.
## PATRIARCH. ROMANI JURISDICTIO IN HISPANIA.

*Ortus Progressus.* Primum Fundamentum Ecclesiæ Christianæ in ea posuit *S. Jacobus* Apostolus, superstruxit *S. Cæcilius* Episcopus; dein *S. Valerius* Episcopus Cæsar Augustanus cum S. Vincentio Diacono Martyre: denique *S. Leander* Episcopus Hispalensis totum Regnum Romanæ subjecit Ecclesiæ. *Mauros* subinde multis annis Hispaniæ latè Dominantes *S. Pelagius Rex* regno *Legionis* ejecit, *Alphonsus* Gener Pelagii eosdem Lusitaniâ expulit, *Navarram* aliásque vicinas Provincias *Arianismo* repurgavit. Demum *Ferdinandus III. Mauris* ex tota Hispania profligatis, virtute ac pietate sua *Sancti* nomen promeruit, & *Patriarchatum Romanum* ampliavit.

*Ecclesiæ Hispanicæ.*

I. *Primas* Provinciæ Boeticæ, cujus sedes *Hispalis* nunc *Sevilia*.

*Primates Archi-Episc.* II. *Primas* Provinciæ Carthaginensis, cujus sedes *Toletum*.

*Archi-Episcopus* Provinc. Tarraconensis, cujus sedes *Tarracon*.

*Archi-Episcopus* Provinciæ Gallæciæ Borealis, cujus sedes *Brachara*.

*Archi-Episcopus*, Provinciæ Gallæciæ Australis, cujus sedes *Lucus Augustæ*.

*Archi-Episcopus*, Provinciæ Lusitanicæ, cujus sedes *Augusta Emerita*.

Quibus suberant Episcopi 81.

## III.
## PATRIARCH. ROMANI JURISDICTIO IN GALLIA.

Primi ex traditione fuerunt *Galliæ* Episcopi *S. Lazarus* & *S. Maximinus* dein *S. Photinus* & *S. Irenæus* Episcopi Lugdunenses MM. *S. Hilarius* Pictaviensium Episcopus magnam Galliæ partem contra Arianos triumphans Ecclesiæ Romanæ restituit, & *Clodovæus Rex* suscepto à *S. Remigio* Baptismate fidem in suo regno propagavit. *Ludovicus VIII.* adjuvantibus ordinibus *Prædicatorum* & *Cisterciensium*, hæresin Albigensium extinxit. Subinde varias novas hæreses *Franciscus I. Henricus IV. Ludovicus XIV.* regno ejecêre. *Ortus Progressus, Ecclesiæ Gallicanæ.*

I. *Primas* Galliarum Provinc. Aquitaniæ, cujus sedes *Bituricum*.

II. *Provinciæ* Arelatensis, cujus sedes *Arelatum* & *Vienna*.

*Archi-Episc.* Alpium Grajarum cujus sedes *Tarentasia*. *Primates Archi-Episc.*

*Archi-Episcopus* Alpium maritimarum. cujus sedes *Ebredunum*.

*Archi-Episcopus* Narbonensis, cujus sedes Narbo.

*Archi-Episcopus* Burdigalensis, cujus sedes Burdigala.

*Archi-Episcopus* Elusæ, cujus sedes Augusta Ausciorum.

*Archi-Episcopus* Lugdunensis, cujus sedes Lugdunum.

*Archi-Episcopus* Provinciæ Sequanorum, cujus sedes Vesuntium.

*Archi-Episcopus* Provinciæ Belgicæ, cujus sedes *Rhemis*.

Quibus suberant Episcopi 119.

IV.

## IV.

# PATRIARCH. ROMANI JURISDICTIO IN GERMANIA.

*Ortus Progressus.* *Germania* fidem Catholicam, quam à Discipulis Apostolorum *S. Crescente, S. Beato, S. Euchario, S. Valerio, S. Materno* acceperat conservavit usque ad annum ferè 1400. Donec Joannes Huss, postea Lutherus, Calvinus cum suis asseclis religionem Orthodoxam miserè dilacerârint. Huc referuntur etiam Tungrensis Regni & Belgio vicinæ Provinciæ.

*Ecclesiæ Germanicæ.* *Primas Germaniæ* Magdeburgicus, cujus sedes *Magdeburgum.*

*Archi-Episcopus* Moguntinus, cujus sedes *Moguntia.*

*Archi-Episcopus* Trevirensis, cujus sedes *Treviris.*

*Archi-Episcopus* Coloniensis, cujus sedes *Colonia* Ubiorum

*Primates Archi-Ebisc.* *Archi-Episcopus* Salisburgensis, cujus sedes *Salisburgum*, nunc Primas.

*Archi-Episcopus* Pragensis, cujus sedes *Praga* Bohemiæ.

*Archi-Episcopus* Bremensis, cujus sedes *Brema.*

*Archi-Episcopatus* Hamburgensis, cujus sedes *Hamburgum.*

*Archi-Episcopatus* Rigensis, cujus sedes *Riga* Livoniæ.

Quibus suberant Episcopi 44.

## V.

# PATRIARCH. ROMANI JURISDICTIO IN ILLYRICO.

*Illyrici Provinciæ.* Ad vetus Illyricum referuntur Provinciæ *Dalmatia, Pannonia* utraque, *Sclavonia, Bosnia, Servia, Dacia, Mæsia, Walachia, Moldavia, Bessarabia, Tartaria* minor, *Scythia, Dardania, Macedonia, Thessalia, Achaja, Attica, Epirus.*

Has

Has omnes Provincias circa annum Christi trecentesimum legem Christianam recepisse colligitur ex Concilio Sardicensi, ubi hodie *Sophia* Bulgariæ Metropolis est, in quo à trecentis & septuaginta Episcopis Catholicis *Ariani* damnati sunt.

*Ortus Religionis.*

## In PANNONIA Utraque.

I. *Primas* Pannoniæ Inferioris, cujus sedes *Sirmium*, nunc *Lauriacum*, Lorch. cum Episcopis 4.

*Primates Pannoniæ.*

*Archi-Episcopus* Illyrici propriè dicti, cujus sedes *Jadera*, nunc *Zara* cum Episcopis 5.

II. *Primas* Pannoniæ Superioris, cujus sedes *Achrida*, nunc Turcis *Giustandil*, cum Episcopis 9.

*Archi-Episcopus* Provinc. Dalmatiæ, cujus sedes *Salona* hodie *Spalatrum*, cum Episcopis 4.

## IN ILLYRICO ORIENTALI.

I. *Primas Macedoniæ*, cujus sedes *Thessalonica*, cum Episcopis 16.

*Primates Illyrici. Orientalis*

*Archi-Episcopus Daciæ & Mœsiæ* superioris, cujus sedes *Sardica*. cum Episcopis 4.

*Archi-Episcopus Daciæ & Mœsiæ* Inferioris, cujus sedes Marcianopolis, sive Tomis ad Pontum cum Episc. 9.

*Archi-Episcopus Dardaniæ*, cujus sedes *Uscopia*, cum Episcopis 4.

*Archi-Episcopus Scythiæ*, cujus sedes *Temisvar*, cum uno Episcopo.

*Archi-Episcopus Thessaliæ*, cujus sedes *Larissa*, cum Episcopis 8.

*Græciæ.*

II. *Primas Achajæ*, cujus sedes *Corinthus*, cum Episcopis 26.

*Archi-Episcopus Achajæ*, cujus sedes *Patræ*, cum Episcopis 6.

*Cùm Archi-Episcopis.*

*Archi-Episcopus* Insulæ *Cretæ*, cujus sedes *Gnossus*, cùm Episcopis 11.

*Archi-Episcopus Atticæ*, cujus ſedes Athenæ, cum Epiſcopis 8.

*Archi-Episcopus Epiri Novæ*, cujus ſedes Dyrrachium cum Epiſcopis 7.

*Archi-Episcopus Epiri Veteris*, cujus ſedes *Nicopolis* cum Epiſcopis 10.

In toto *Illyrico Epiſcopi* 110.

## VI.
## PATRIARCH. ROMANI JURISDICTIO IN MAGNA BRITANNIA.

*Ortus Progreſſus.* Quidam volunt S. Joſephum ab Arimathia, plures autem *S. Lucium* Regem Angliæ per legatos Pontificios *Fugatium* & *Donatianum* An. 177. primùm lucem Evangelii Angliæ intuliſſe. Magis ſubinde florere cepit Anno 596. ſub *Ethelberto* & *Egberto* Regibus Angliæ per Legatum *Religionis Anglicanæ.* Pontificium *S. Auguſtinum* Benedictinum, poſtea Cantuarienſem Epiſcopum, multis millibus converſis *Denario annuo* S. Petri Romanæ ſedi devota, & deinceps à Sanctitate morum *Patria Sanctorum* dicta. Pariter *Scotia* & *Hibernia.*

*Primates Archi-Episc.* I. *Primas Cantiorum*, cujus ſedes Cantuaria Provincia Auſtralis.

*Archi Episc.* Provinciæ Londinenſis, cujus ſedes *Londinum.*

*Archi-Episcopus* Prov. Occidentalis Angliæ, cujus ſedes *Carleona.*

*Archi-Episcopus* Prov. ſeptentrionalis, cujus ſedes *Eboracum.*

*Scotiæ Hiberniæ,* II. *Primas Scotiæ*, cujus ſedes urbs *S. Andreæ.*

*Archi-Episcopus* Prov. Glaſconenſis, cujus ſedes Glaſco.

III. *Primas Hiberniæ* Armachanus, cujus ſedes *Armachanum.*

*Archi-Episcopus* Dublinenſis, cujus ſedes Dublinum.

*Archi-*

*Archi-Episcopus* Tuamensis, cujus sedes Tuamum.
Quibus in tota Anglia suberant Episcopi 100. & ultra.

## VII.
## PATRIARCH. ROMANI JURISDICTIO IN AFRICA.

Una tantùm erat ab initio Nascentis Ecclesiæ *Provincia* in *Africa*, cui aliæ 6. amplissimæ postmodum accesserunt sub uno Primate. *Ortus Progressus.*

*Primas Africæ*, cujus sedes erat *Carthago* Metropolis. *Ecclesiæ Africanæ.*

*Archi-Episcopus* Provinciæ Proconsularis, in qua erant Episcopi 105.

*Archi-Episcopus* Prov. *Numidiæ*, in qua Episcopi 142. & inter hos unus cum titulo Senioris, qui cæteris dignitate præcellebat. *Primas Archi-Episc.*

*Archi-Episcopus* Provinc. *Bizacenæ* cum Episcopis 128. & Seniore.

*Archi-Episcopus* Prov. *Mauritianiæ Cæsariensis* & *Tingitanæ* cum Episcopis 135. & Seniore.

*Archi-Episcopus* Prov. *Tripolitanæ* cum aliquot Episcopis & Seniore. *Episcopi 557. excisi.*

*Archi-Episcopus* aliarum Provinciarum incertarum & instabilium, quarum Episcopi numerabantur 155.

Universim totius Africæ noti erant Episcopi 557. quorum Ecclesias primò turbarunt *Donatistæ*, deinde vastârunt *Vandali*, tandem prorsus exciderunt Mauri & Mahometani.

## §. IV.
## PATRIARCHATUS CONSTANTINOPOLITANUS, EJUS REGIMEN, ET JURISDICTIO.

Primùm erat tantùm *Episcopatus Bizantinus*, donec sub *Constantino M.* urbs facta est caput Orientalis Imperii, ac *Ejus ortus progressus.*

*Titulum Patriarchatus* accepit à Concilio Constantinopolitano I. & II. super *Asiam* minorem, & *Pontum*, *Thraciam*, & vicinas Tartariæ minoris provincias, unde multæ Provinciæ *Illyrici Romano Patriarchatui* abstractæ sunt, quas hic repetimus.

*In Europa & Asia.*

## I.
## IN PROVINCIIS GRÆCIÆ EUROPÆÆ.

*Primas Archi-Episc.*

*Primas Macedoniæ* cum Episcopis 16.

*Archi-Episcopus Thessaliæ* cum 8. Episcopis.

*Archi-Episcopus Albaniæ*, cujus sedes *Dirrachium*, Durazzo, cum 7. Episcopis.

*Archi-Episcopus Atticæ*, cujus sedes *Athenæ* cum Episcopis 8.

*In Græcia Europæa.*

*Archi-Episcopus Cretæ* sive *Candiæ* cujus sedes *Cretæ* cum Episcopis 11.

*Archi Episcopus Boëotiæ*, cujus sedes *Thebæ* cum Episcopis 3.

*Archi-Episcopus Moesiæ*, cujus sedes *Nicopolis* cum 10. Episcopis.

*Archi-Episcopus Thessaliæ*, cujus sedes *Larissa* cum Episcopis 8.

## II.
## PATRIARCHATUS CONSTANTINOP.
### IN GRÆCIA ASIATICA.

*Patriarchatus Constantinopolitani.*

*Primas Græciæ Asiaticæ*, Ephesinus, cujus sedes *Ephesus*.

*Archi-Episcopus* Provinc. Smyrnensis, cujus sedes *Smyrna* cum Episcopis 5.

*Archi-Episcopus Hellesponti*, cujus sedes *Cyzicus* cum Episcopis 19.

*Archi-Episcopus Phrygiæ Orientalis*, cujus sedes *Amorium*, cum Episcopis 29.

*Archi-Episcopus Phrygiæ Australis*, cujus sedes *Hierapolis*, cum Episcopis 16.

*Archi-*

*Archi-Episcopus Phrygiæ Occidentalis*, cujus ſedes *Synnada*, cum Epiſcopis 20. *Primas Archi-Episcopi*

*Archi-Episcopus Lydiæ*, cujus ſedes *Sardis* cum Epiſcopis 24.

*Archi-Episcopus Cariæ*, cujus ſedes *Aphrodiſia*, cum Epiſcopis 25.

*Archi-Episcopus Lyciæ*, cujus ſedes *Myra*, cum Epiſcopis 28.

*Archi-Episcopus Pamphiliæ Borealis*, cujus ſedes *Pergæ*, cum Epiſcopis 26.

*Archi-Episcopus Pamphiliæ Australis* cujus ſedes *Sida*, cum Epiſcopis 22. *Episcopi ſubditi.*

*Archi-Episcopus Piſidiæ*, cujus ſedes *Antiochia* Piſidiæ, cum Epiſcopis 19.

*Archi-Episcopus Lycaoniæ*, cujus ſedes *Iconium*, cum Epiſcopis 19.

*Archi-Episcopus Iſauriæ*, cujus ſedes *Seleucia*.

*Archi-Episcopus* Inſularum Cycladum, cujus ſedes *Rhodus*, cum Epiſcopis 12.

## III.
## PATRIARCHAT. CONSTANTINOPOL.
### IN PROVINCIIS PONTI.

*Primas Provinciarum Ponti* in *Cappadocia* Orientali, cujus ſedes *Cæſarea* cum Epiſcopis 8. *15. Ponti Provinciæ*

*Archi-Episcopus Cappadociæ* Occid. cujus ſedes *Thyana*, cum Epiſcopis 6.

*Archi-Episcopus Cappadociæ* Auſtralis, cujus ſedes *Mariſſus* cum Epiſcopis 5.

*Archi-Episcopus Armeniæ* Borealis, cujus ſedes *Sebaſte*, cum Epiſcopis 5.

*Archi-Episcopus Armeniæ* Auſtralis, cujus ſedes *Metilene*, cum Epiſc. 10. *Ejus Primas Archi-Episc.*

*Archi-Episcopus Galatiæ* Borealis, cujus sedes *Ancyra*, cum Episcopis 7.

*Archi-Episcopus Galatiæ* Australis, cujus sedes *Pessinus*, cum Episcopis 4.

*Archi-Episcopus Polemoniaci*, cujus sedes *Neocæsarea*, cum Episcopis 6.

*Episcopi suffraganei*

*Archi-Episcopus Helenoponti*, cujus sedes *Amasia*, cum Episcopis 6.

*Archi-Episcopus Paphlagoniæ*, cujus sedes *Gangra*, cum Episcopis 5.

*Archi-Episcopus Honoriæ*, cujus sedes *Claudiopolis*, cum Episcopis 5.

*Archi Episcopus Bythyniæ* Borealis, cujus sedes *Chalcedon* & *Nicomedia*, cum Episcopis 14.

*Archi-Episcopus Bythyniæ* Australis, cujus sedes *Nicæa*, cum Episcopis 4.

*Archi-Episcopus Iberiæ*, sive *Georgiæ*, cujus sedes *Armotica*, cum Episcop. 1.

*Archi-Episcopus Lazicæ*, sive *Colchis*, cujus sedes *Trapezus*, cum Episcopis 15.

## IV.

## PATRIARCHAT. CONSTANTINOPOL. IN SCYTHIA EUROPÆA SIVE THRACIA.

*6. Thraciæ Provinciæ*

*Primas Provinciarum Scythicarum* in *Thracia* Occidentali, cujus sedes *Heraclea*, cum Episcopis 4.

*Archi-Episcopus* ejusdem *Thraciæ*, cujus sedes *Philippopolis* cum Episc. 10.

*Primas Archi-Episcop.*

*Archi-Episcopus Thraciæ* Orientalis, cujus sedes *Hadrianopolis*, cum Episcopis 16. ad Hæmum Montem.

*Archi-Episcopus Thraciæ* Australis, ad oram maris *Ægæi*, cujus sedes *Trajanopolis*, cum Episcopis 7. vocatur etiam Provincia *Rhodope*.

*Archi-*

*Archi-Episcopus Scythiæ* Trans-Danubianæ, cum Episcopis 4. versùs *Tartariam* minorem. *Episcopi suffraganei*

*Archi-Episcopus* Provinciarum quarundam *Europæ* Anonymarum cum Episcopatibus 13. Primati subjectis.

Ex his & præcedentibus videre licet, quanta pars de *Illyrico* veteri post erectionem *Patriarchatus Constantinopolitani Romano Patriarchatui* decesserit.

## §. V.
## PATRIARCHATUS ALEXANDRINUS IN AFRICA.

*S. Marcus Evangelista* Primus ejusdem fuit Patriarcha, cepit regere Anno Christi 40. rexit annis 22. Ipse autem *Patriarchatus* complectebatur 4. magnas Provincias 1. *Ægyptum* Superiorem & Infer. 2. *Augustamnicam* duplicem. 3. Thebaidem duplicem. 4. Lybiam Exteriorem. Numerabantur olim in *Ægypto* 18. Millia urbium, refertæque erant Christianis innumeris non tantùm urbes & oppida, sed etiam ipsæ solitudines ingenti multitudine Eremicolarum, Monachorum, Anachoretarum. Adeóque hic populosissimus *Patriarchatus* ampliore folio dignus foret, dummodo post tot depopulationes, cædes, & Barbarorum rapinas de illius Provinciis & Episcopatibus antiqua notitia Posteris relicta superesset. *Ejus ortus Progressus* *Provinciæ Populosæ* *Modica de iis notitia.*

*Primas Alexandrinus* totius *Ægypti & Lybiæ* Exterioris, cujus sedes *Alexandria*, simulque Metropolita, cum Episcopis 17. *Primas Africanus*

## PATRIARCHATUS ALEXANDRINUS IN ÆGYPTO & LYBIA.

*Archi-Episcopus* Provinciæ secundæ Ægypti, quæ est proxima Alexandriæ, cum Episcopis 11. *Metropolitæ Ægypti*

*Archi-Episcopus Provinciæ Augustamnicæ* Ægypti, cujus sedes *Pelusium*, cum Episcopis 14.

Archi-

*Inferioris Superioris* *Archi-Episcopus Provinciæ Augustamnicæ* inter Brachia *Nili*, cujus sedes *Leontopolis*, cum Episcopis 10.

*Archi-Episcopus Arcadiæ* Ægyptiacæ, cujus sedes *Oxyrincus*, cum Episcopis 11.

*Archi-Episcopus Thebaidis I.* cujus sedes *Antinöe*, cum Episcopis 9.

*Archi-Episcopus Thebaidis II.* cujus sedes *Ptolomais*, cum Episcopis 14.

*Lybiæ Exterioris* *Archi-Episcopus Lybiæ Pentapolis*, Exterioris cujus sedes *Berenice*, cum Episcopis 14.

*Archi-Episcopus Lybiæ Cyrenaicæ*, cujus sedes *Darnis* cum Episcopis 7.

*Archi-Episcopus Lybiæ Armaricæ*, qui septem sub se habuit Episcopos intra Montana ejusdem.

## §. VI.

# PATRIARCHATUS ANTIOCHENUS IN SYRIA.

*Ejus Ortus Progressus* Hic Patriarchatus omnium Primus à *S Petro* fundatus fuit Anno Christi 36. Post *Petrum* Primus *Patriarcha Antiochenus* successit *S. Evodius*, & præfuit Annis 28. continebat 5. Provincias: 1. *Syriam* quadruplicem, *Comagenam*, *Osbröenam*, *Euphratæam*, *Palmiranam*. 2. *Ciliciam* duplicem. 3. *Cyprum*. 4. *Mesopotamiam*. 5. *Phæniciam* atque in his 12. Minores sequentes.

*12. Minores Provinciæ*

*Primas Antiochenus* Primas totius *Syriæ Patriarcha Antiochenus*, cujus sedes *Antiochia*, sed urbe hostium furore & incendiis, ac iteratis terræ motibus afflicta, Patriarchatus *Damascum* translatus est, ubi sub græco Schismate varias vicissitudines experitur; habebat sub se Episcopos 6.

*Archi-Episc. Syriæ* *Archi-Episcopus Syriæ* mediterraneæ, cujus sedes *Apamea* cum Episcopis 7.

*Archi-Episcopus Laodiceæ* Maritimæ, sive *Theodosiæ*, cujus sedes *Laodicea*, cum Episcopis 4.

*Archi-*

*Archi-Episcopus Ciliciæ* Maritimæ Occidentalis, cujus sedes *Tarsis*, cum Episcopis 7. *Archi-Episc. Ciliciæ*

*Archi-Episcopus Ciliciæ* Oriental. cujus sedes *Anaxarbus*, cum Episcopis 9.

*Archi-Episcopus Isauriæ* maritimæ, cujus sedes *Seleucia*, cum Episcopis 23.

*Archi-Episcopus Euphratensis*, cujus sedes *Hierapolis*, cum Episc. 13.

*Archi-Episcopus Osrhöenus*, cujus sedes *Edessa*, cum Episcopis 9.

*Archi-Episcopus Mesopotamiæ*, cujus sedes *Amida*, ad Tigrim cum Episcopis 5. *Mesopotamiæ Phœniciæ utriusque cum suis Episcopis*

*Archi-Episcopus Phœniciæ* Maritimæ, cujus sedes *Tyrus* cum Episcopis 14.

*Archi-Episcopus Phœniciæ* ad Montem *Libanum*, cujus sedes *Damascus*, cum Episcopis 13.

*Archi-Episcopus Arabiæ Petrææ*, cujus sedes *Boshra*, cum Episcopis 18. sed hæc Provincia transiit ad Patriarchatum Hierosolymitanum.

## §. VII.

## PATRIARCHAT. HIEROSOLIMITAN. IN PALÆSTINA.

*S. Jacobus* Minor à S. *Petro* ordinatus Hierosolymorum Episcopus rexit Ecclesiam annis 27. post ejus Martyrium *Archi-Episcopalem* fecit *Concilium Nicænum* Canone 7. subinde *Justiniano* Imperatore procurante dignitatem *Patriarchalem* accepit, eique quinque Archi-Episcopatus cum suis Provinciis attributi sequentes. *Ejus Ortus Progressus*

*Primas* totius *Palæstinæ* & *Arabiæ* Petrææ *Patriarcha*, cujus sedes *Hierosolyma*, cum Episcopis 20. *Patriarcha Primas*

*Archi-Episcopus Cæsareensis* Palæstinæ Maritimæ, cujus sedes *Cæsarea*, cum Episcopis 25.

*Archi-Episc. Episcopi.*

*Archi-Episcopus Nazarethanus* Palæstinæ Mediterraneæ, cujus sedes *Nazareth*, cum Episcopis 10.

*Archi-Episcopus Arabiæ Petrææ* Borealis, *Patriarchatui Antiocheno* ademptæ, cujus sedes *Boshra*, cum Episc. 1[illegible].

*Archi-Episcopus Arabiæ Petrææ* Australis, cujus sedes *Petra Deserti*, olim *Rabath* Moabitarum Regia, cum Episcopis 18.

## §. VIII.

## COLONIÆ QUÆDAM CHRISTIANÆ IN INDIA ORIENTALI.

*Thomæi Christiani*

*In India Orientali*

Primam Coloniam Christianam in Indiis Orientalibus fundavit *S. Thomas* Apostolus, præcipuè in Magna Peninsula *Comorina*, in utraque ejus ora maritima *Malabaria* & *Coromandelio*, ubi *Lusitani*, teste *Maffejo* Hist. Ind. invenerunt sacras *S. Thomæ* reliquias ad urbem *Meliaporem*, & ultra centum quinquaginta millia Christianorum, Thomæorum ut testatur P. *Kircherus* in China Illustrata. Item Archi-Episcopum, Episcopos & Sacerdotes, qui ex *Syria* isthuc missi erant, evocati olim à quodam Syro, *Martome* dicto, Viro Nobilitate & doctrina præstanti, ac magno fidei promotore.

*Christiani in China ab An. Christi 636.*

Quod etiam in Ipsam Chinam penetraverit religio Christiana jam ab An. 636. patet ex lapide An. 1625. ad urbem *Samuyun* invento cum cruce simili, qualis in sepulchro D. Thomæ *Meliapore* conspicitur, & characteribus tum *Syriacis*, tum *Sinicis* de lege Divina per Apostolorum successores ad Sinas delata. Incisa quoque lapidi erant nomina Episcoporum, Sacerdotum, & Imperatorum Sinensium ejus temporis. Erectus verò lapis An. 782. ab Episcopo *Nini-Ciù*, sub Imperatore *Tam*, Ita literæ P. Emmanuelis Diaz.

§. IX

## §. IX.
# COLONIÆ QUÆDAM CHRISTIANÆ IN INDIA OCCIDENTALI.

Probabile est eundem S. *Thomam* qui in Asia fuit, etiam in *Americam* venisse ex traditionibus *Americanorum* Indigenarum & experientiis Missionariorum ibidem, quas fusè recenset P. del Techo S. J. in Hist. Paraquariæ. *S. Thomæ Prædicatio*

*Primò* ex vestigiis S. Thomæ ( Zuma sive Thume, ut vocant Indigenæ ) inventis ad Metropolim Paraguariæ, in Provincia Misquensi, in Peruvio cum adjecta antiqua scriptura. *In India Occidentali*

*Secundò ex via Brasiliensi in Guairaniam* Paraguariæ, semper plana, & recenti, licet utrimque ad latera herbæ aut alia altiùs excrescant. Per hanc viam *S. Thomam* transire solitum à suis majoribus sibi traditum indigenæ contestantur, ajuntque prædixisse Apostolum, venturos huc Viros quosdam crucem manu præferentes, quod vaticinium nunc impletum constat. *Indicia ex Visurgiis*

*Tertiò ex Cruce Carabuccensi* in toto Peruvio celebri, quam P. *Sarmientus* è lacu *Titiaço* effodit, constat Illa ex ligno *Brasilo*, quod nullibi in Peruvio crescit, unde constans est opinio eam ab Apostolo inde translatam. Innumera per eam fiunt prodigia, nihilque deperdit, licet plurimæ particulæ continuò rescindantur. Frustra à Barbaris in ignem & aquam conjecta, & cumulo terræ suffossa, illæsa permansit, ac mutum reddidit in Idolis Dœmonem. *Via & Cruce miraculis Insigni*

## §. X.
# ECCLESIÆ PRIMITIVÆ PERSECUTIO.

Christiana fides à Petro & Paulo, reliquisque Apostolis per orbem propagata non poterat in agro tam sterili & tot superstitionibus repleto radices firmas agere, nisi priùs Ipsorum Apostolorum, Primorumque Christianorum esset *Sanguine Christianorum Fides crevit*

 rigata

rigata sanguine, quem copiosum effudit horrenda tempestas, & quidem.

*Persecutio sub Nerone* I *Neronis persecutio* quando in ipsa Christianæ Ecclesiæ capita tantopere desæviit, cepitque hæc *Persecutio* circa annum Christi 64. & duravit usque ad Neronis obitum.

*sub Domitiano* II. *Persecutio* sub *Domitiano* Imper. ab anno 90. usque ad 96. quo tempore S. Joannes Evangelista Romæ in ferventis olei dolio illæsus, in *Pathmum* Insulam est relegatus.

*sub Trajano* III. *Persecutio* sub *Trajano* Imper. cepta Anno 97. duravit usque ad annum 116.

*sub Hadriano* IV *Persecutio* sub *Hadriano* Imper. cepta Anno 118. duravit usque ad annum 136. quam resuscitarunt sub *Antonino* Pio Præfecti pessimi ab An. 138. usque ad annum 156.

*sub Aurelio* V. *Persecutio* sub Aurelio & *Vero* cepit anno 161. duravit usque ad annum 177. prorogata à *Commodo*.

*sub Severo* VI. *Persecutio* sub *Severo* Imp. cepit anno 193. duravit usque ad annum 211.

*sub Maximino* VII. *Persecutio* sub *Maximino* cepit An. 235. duravit usque ad annum 238. in sacros Antistites præcipuè mota.

*sub Decio* VIII. *Persecutio* sub *Decio* Imp. eaque dirissima, cepit An. 249. duravit usque ad annum 254.

*sub Valerio* IX. *Persecutio* sub *Valerio & Galieno*, cepit Anno 257. duravit usque ad annum 260.

*sub Aurelian.* X. *Persecutio* sub *Aureliano* cepit anno 273. duravit usque ad annum 285. cumque hic Imperator novo contra Christianos edicto subscribere vellet, exorta illi repentè nervorum contractione prohibitus est.

*sub Diocletiano.* XI. *Persecutio* sub *Diocletiano* & *Maximiano* omnium crudelissima, in qua innumeri Christiani interfecti, cepit anno 286. & duravit in sæculum sequens ac perseveravit in successoribus *Diocletiani* usque ad *Constantinum M.* sub quo Ecclesia nonnihil respiravit.

§. IX.

# §. XI.

# ECCLESIÆ PRIMITIVÆ TURBATIO PER HÆRESES.

Ad crudeles Imperatorum persecutiones pestilentior hæresiarcharum accessit astutia, quæ in animos hominum magis, quàm in ipsa corpora desæviit, & ingentem stragem animarum induxit. *Hæreses magis nocivæ.*

*Primo* quidem *sæculo*, *Marcionistæ*, *Hermogenistæ*, *Montani*, *Tatiani*, *Nicolaitæ*, *Gnostici*, *Simoniaci &c.* *Primi sæculi*

*Secundo sæculo Tertullianistæ*, *Origenistæ*, *Novatiani*, *Sabellici*, *Millenarii*, *Adamitæ &c.* *Secundi Sæculi.*

*Tertio sæculo Donatiani*, *Meletiani*, *Photiniani*, *Manichæi*, *Eunomiani &c.* *Tertii Sæculi*

*Quarto sæculo* maximè omnium *Ariani*, qui per totum Romanum Imperium diffusi, infecerunt *Constantium* Imperatorem magni Constantini Filium, & subinde etiam Imperatorem *Valentem*, aliosque complures Reges & Principes, quorum sævities & odium erga Romanam Ecclesiam *Domitianis*, *Hadrianis*, aut *Diocletianis* parùm aut nihil concessit. Etsi verò hæ persecutiones, & hæreses Hæresiarcharum Universam multùm afflixerint Ecclesiam, graviùs tamen eas sensit *Italia*, quæ hujusmodi monstra in suo gremio gessit & aluit, à quibus non tantùm in membra sævitum, sed ipsa quoque Romanæ Ecclesiæ capita identidem amputata. *Quarti Sæculi.* *Ariana Pestilentissima.* *Maximè Rom. Imperio*

Interim licet à suis statim primordiis tantopere divexata & impugnata fuerit *Romana Ecclesia* nullis tamen unquam adversis dejecta, nullis unquam persecutionibus imminuta, nullis unquam Hæresibus immutata fuit; sed hodieque in suo flore ac vigore illibata sanctaque perseverat. *Romana Ecclesia.*

Hos enim omnes inter turbines *Ecclesia Traditionum Apostolicarum* antiquitate ac firmitate inconcussa semper per- *Inter pugnas invicta.*

perstitit, quod scilicet nulla alia secta, *Doctrinam*, Episcoporumque continuam seriem ab Apostolis deduceret, neque diceretur *Catholica*, præterquam *Romana*, & quamvis ex eo viderentur Gentiles contra Christianos Scandalum sumere, quod Hæretici sub Christiani *Nominis* obtextu sibi ipsis non constarent; per id tamen nullâ unquam maculâ aspersa est *Ecclesia*, sed magis velut aurum in igne purificata & probata est teste Apostolo. *Oportet hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant inter vos.*

*Inter ignes illæsa.*

*Purior evasit*

## §. XII.

## PRIMITIVÆ ECCLESIÆ VASTATIO PER GOTHOS, VANDALOS, HUNNOS, ALANOS.

*Gothi fugant*

Circa Annum 250. ceperunt invalescere *Gothi*, prodeuntes vel ex vicinis *Daniæ* & *Sueciæ* locis ad Mare Balthicum, ùt aliqui volunt, vel ex *Tartaria* minore ad Paludem Mœotidem & Pontum Euxinum, ùt plures cum Cluverio. Quibus *Mæsiam*, *Daciam*, *Thraciam* & vicinas Danubio Provincias vastantibus, dum *Decius* Imperator occurrit cum exercitu, in fugam ab illis compulsus, & cum equo in voraginem lapsus nunquam amplius comparuit. Exinde fortiores facti, in duas partes divisi sunt, videlicet in *Gothos Orientales*, sive *Ostro-Gothos*, & *Occidentales*, sive *Westro-Gothos*, & deinceps duo Regna fundârunt *Ostrogothorum* & *Wisigothorum*. Hi circa annum quidem 400. à Romanis identidem victi & castigati, præsertim à Constantino M deinceps tamen ab hoc tempore, & toto hoc sæculo *Gothi* cum *Vandalis*, *Hunnis*, *Alanis*, & ingenti Barbarorum colluvie ex variis Provinciis collecta, vastissimi torrentis instar totum Imperium Romanum, quà latè patuit, inundârunt, & *Africam* simul secundùm eam partem, quæ Romanis olim parebat, vastârunt totam, urbibus excisis,

*Exercitum Decii Imp.*

*à Constantino repressi.*

*Conjuncti cum Vandalis.*

excisis, aut saltem earum mœnibus dejectis, sola Carthagine excepta. Sed & Religionem Catholicam, dirutis Ecclesiis, & partim interfectis, partim in exilium actis omnibus reliquis Episcopis, totam in his partibus propemodùm extinxerunt utpote ipsi *Ariana* hæresi corrupti, quam priore sæculo *Alexandriæ* excitaverat *Arius* presbyter, & totam *Græciam*, eique vicinam *Gothorum* gentem corruperat. Unde postea *Gothi* eorumque fœderati totum infecerunt *Romanum Imperium*. Occupavit enim *Ariana* hæc pestis, quâ totus penè tremebat orbis, *Gothis* promoventibus totam ferè *Hispaniam*, corrupit *Galliam*, fœdavit *Italiam*, infecit *Poloniam*, tenuit *Hungariam*, neque immunis ab ea stetit *Germania*. Neque hæc Pestis ante, quàm cum ipsis *Gothis*, eorumque asseclis *Vandalis Hunnisque* defecit. Imò ipsis quoque sublatis infaustæ eorum reliquiæ *Attila* & *Totila*, Tyranni potiùs quàm Reges Gentis plusquàm Barbaræ, quidquid intactum fuerat relictum exciderunt. Sed tremenda hæc *Dei flagella*, castigârunt potiùs Ecclesiam, quàm oppresserunt.

*Hunnis, Alanis.*

*Imperium & Ecclesiam.*

*Vastârunt in Africa.*

*Hispania Gallia. Polonia Hungaria.*

*Italia Germania.*

## §. XIII.

## ECCLESIÆ PRIMITIVÆ DISCERPTIO PER SCHISMA GRÆCORUM.

Ecclesiam Græcam Asiaticam & Europæam à S. Paulo & S Joanne optimè excultam, constitutis passim Ecclesiis, earumque Rectoribus Episcopis, & tandem etiam Patriarchis, turbârunt varii successores Hæretici cum primis *Ariani*, qui ut numero superabant Catholicos, ita Græcam Ecclesiam graviùs affligebant. Duravit autem noxia hæc vicissitudo, usque ad *S. Ignatium* Patriarcham Constantinopolitanum, in cujus sedem involavit *Photius*, Eunuchus qui pestilentissimum *Schisma* introduxit, quod quidem post mortem ipsius nonnihil sopitum, sed sub annum 98 . à Photii

*Ecclesia Græca.*

*Avulsa per Photium.*

Photii asseclis denuò resuscitatum est. Post hæc semel iterumque tentata fuit unio & reconciliatio utriusque Ecclesiæ *Græcæ* & *Latinæ*, præcipuè in Conciliis *Lugdunensi* & *Florentino*, sed semper vel ab Imperatoribus vel ab Episcopis *Photii* sectatoribus negotium bene ceptum rursus disturbatum fuit. Tenuit proinde *Schisma* usque ad annum 1453. quo à *Turcis* capta Constantinopoli totum Orientale Imperium ablatum, & continuatur sub jugo *Turcico*; Patriarchali dignitate divendita, & authoritate Ecclesiastica prorsus imminuta. Exinde Potentia *Turcica* Occidentale etiam invasit Imperium, multarumque Provinciarum Episcopatus & Ecclesias diripuit, ac sicut Dominium politicum, ita etiam Ecclesiasticum mutilavit, destructis passim urbibus & Episcopatibus Horreo dicere reliqua in Ecclesia latina Schismata, & persecutiones Marchionum *Tusciæ* in Ecclesiam Romanam, quæ teste *Baronio*, acerbiores fuerunt, quàm *Gentilium*, *Turcarum*, *Schismaticorum* & *Hæreticorum*, cum in sedem Petri intruderentur homines perditissimi & monstrosissimi. Quibus quidem fœdis procellis concussa vehementer Romana navicula, everti tamen nequaquam potuit, sed divino nixa auxilio contra portas inferi gloriosior emersit.

*Unita per Concilia.*

*Per Turcas divulsa.*

*mutare fecit Latinam.*

*è fluctibus gloriosiorem.*

## §. XIV.

## ECCLESIÆ CHRISTI PROPAGATIO A SÆCULO PRIMO USQUE HUC.

*Sæculo I.* *SS. Apostoli* per Orbem terrarum dispersi, aliique Discipuli Domini mirabiliter fidem propagarunt. *SS. Lazarus*, *Maximinus*, *Martialis*, *Crescentius*, *Saturninus*, *Trophimus*, *Dionysius*, primi apud Gallos Christianæ Fidei Præcones.

*Sæculo II.* *Lucius* Primus Regum omnium Christianus in Anglia.

*Sæculo III.* *Gallia* fere tota sub *Severo* Imp. fit Christiana.

Eodem

Eodem Sæculo Christiana Religio ad omnes ferè, cogniti orbis Regiones pervenit, ùt testantur Tertullianus & alii.

Cum *Constantino M.* Imp. Magna Romani Imperii pars *Christum* Regem Regum adorat, & aurea Christi Imago in Romano Senatu erecta. *Sæculo IV.*

*Persæ* cum *Isdegerde* Rege: *Æthiopes* cum *Abrahamo* Rege: *Saraceni* cum *Alamundo* ad Fidem Christianam accedunt. *Sæculo V.*

*Bavari, Norici, Vindelici: Hispani* cum *Recaredo* Rege: *Angli* sub *Gregorio* M. Pont. *Sæculo VI.*

*Heraclius* Imp. in Oriente: *Sisebutus* in Hispania: *Dagobertus* in Gallia Judæos omnes baptizari jubent, aut exulare. *Olopnemius* è Judæa profectus Sinis *Christum* annunciat. *Wirceburgum* cum tota Francia Orientali Fide Christiana initiatur per S. Chilianum. *Sæculo VII.*

Dein reliqui Germani, Thuringi, Hassi, Saxones, Frisones, Angli Orientales, Batavi, Flandri, & Brabantini *Christo* manus dedêre. *Sæculo VIII.*

*Dani, Sueci, Prussi, Sclavi, Dalmatæ,* aliique vicini Christo initiantur. *Sæculo IX.*

*Wandali, Moschi, Russi, Poloni, Bohemi, Hungari* Fidem Christianam suscipiunt. *Sæculo X.*

Per Sacram expeditionem ab *Urbano II.* indictam Gothofredus *Bullionius* Dux, capta Hierosolyma, Fidem Orthodoxam Palæstinæ infert A. C. 1099. *Sæculo XI.*

*Gothi, Pomerani, Livones, Finlandi,* cum suis Regibus Christo pleniùs adhærent. *Sæculo XII.*

Bella sacra varia per *S. Ludovicum* Galliæ Regem multos ex Orientalibus ad Christum perduxêre. *Sæculo XIII.*

Aliquot Religiosi Ordines Fidem Christianam intulêre in Tartariam, Cathajum & Thibetum regna. *Sæculo XIV.*

*Croatia, Bosnia, Transylvania, Lithuania, Samogitia* susceptam Fidem promovent. *Sæculo XV.*

Sæc. XVI. *Guineenses, Angolani, Congenses* in Africa Christiana sacra complectuntur.

Sæc. XVII. *India* Orientalis, *Japonia, China,* cum multis aliis regionibus & *India* Occidentalis magna sui parte tum Australi, tum Boreali Fidem suscipit.

Sæc. XVIII. Quæ hodiedum feliciter in utraque *India* tum Orientali tum Occidentali per plurimos Missionarios Apostolicos propagatur.

## § XV.

## ECCLESIA CHRISTI MIRACULIS CONFIRMATA.

*Sæculo I.* CHRISTUS DEI FILIUS doctrinam suam innumeris Divinæ Virtutis signis manifestat, ejusque Apostoli, ac alii Sectatores per orbem terrarum religionem Christianam plurimis maximisque miraculis confirmant.

*Sæculo II.* Miraculorum gloriâ floruêre Ss. *Clemens, Faustinus, Jovita,* aliique innumeri, cum fulminatrice legione Christiana in bello Marcomanico.

*Sæculo III.* Cum *S. Gregorio* Thaumaturgo claruêre miraculis *Ss. Cyprianus, Felix* Nolanus, Agatha, Christina, aliique utriusque sexus.

*Sæculo IV.* Insignes prodigiis exstitêre *Ss. Antonius, Hilarion, Nicolaus* Mirensis & *Martinus* Turonensis Episcopi. *Constantino* Magno crux è cælo fulgida apparuit cum Epigraphe: *in hoc signo vinces.*

*Sæculo V.* Mira patrârunt *Ss. Simon* Stylites, *Patritius, Maurilius* & alii. Ampulla sacri Chrismatis de cœlo coram populo ad inungendum *Clodovæum* Galliæ Regem à Columba defertur. Trisagion, *Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis,* Puer ab Angelis doctus Constantinopoli terræ motum horribilem compescit.

*Sæculo VI.* Celebres miraculis fuêre *Ss. Benedictus, Severinus, Leonardus,*

*nardus, Medardus,* plurésque Episcopi Orthodoxi post resectas à Wandalis radicitùs linguas disertè sunt locuti.

Miraculis clari *Ss. Amandus, Theodorus, Columbanus, Joannes* Eleemosynarius, & *Romanus* Archi-Episcopus Rhotomagensis, qui Draconem agris infestum stola injecta in urbem traxit populo spectante cremandum. *Heraclius* Imp. crucem Christi, quam auro & gemmis fulgens non poterat, sacco indutus, & nudipes, facilè infert Hierosolymis. *Sæculo VII.*

Claruêre prodigiis *Ss Winocus* Abbas, & *Swibertus* Episcopus. *S. Joanni* Damasceno manus amputata à Deipara restituitur. Crucifixi imago Berythi à Judæis perfossa, largo sanguine manavit. *Sæculo VIII.*

Illustres fuêre miraculis *Ss. Anscharius, Eulogius, Rembertus* Episcopi. *Sæculo IX.*

Multa patrârunt miracula *Ss. Bonifacius, Udalricus,* Ep. *Nilus* & *Majolus* Abbates. Imago Christi olim ad Regem *Abagarum* missa, Constantinopolim translata & applicata similem impressit imaginem. Comes Othonis I. Imp. vinculorum S. *Petri* contactu à Dæmonii molestiis liberatur. *Sæculo X.*

Insignes fuêre miraculis *Ss. Romualdus, Joannes Gualbertus* Abbates & S. *Stanislaus* Episcopus Cracoviensis, qui quendam à tribus annis sepultum, testem multis spectantibus ad Regis *Boleslai* tribunal adduxit. *Sæculo XI.*

Claruêre miraculis *Ss. Bernardus, Norbertus, Malachias, Isidorus, Benno. S. Benedictus* puer duodennis, Divino impulsu, *Rhodanum* ad *Avenionem* ponte conjungit. *Sæculo XII.*

Miraculis inclyti *Ss. Dominicus, Franciscus, Antonius,* de Padua, *Hyacinthus, Albertus, S. Innocentius* IV dum *Stanislaum* Cracoviensem Episcopum Sanctis adscribit, mortuum vitæ restituit. *Sæculo XIII.*

Plurima patrârunt miracula *Ss. Nicolaus* Tolent. *Ivo, Rochus,* qui grassantem per Italiæ urbes luem signo crucis illicò fugavit. *Sæculo XIV.*

*Sæculo XV.* Clari miraculis *Ss. Vincentius* Ferrerius, *Joannes* de Capistrano, & *Franciscus* de Paula, qui quadam vice à Nautis rejectus, Fretum Siculum, strato super fluctibus pallio, cum socio transmisit.

*Sæculo XVI.* Innumera patrârunt miracula *Ss. Joannes* de Deo, *Franciscus* Xaverius, *Ludovicus* Bertrandus, *Philippus* Nerius, *Paschalis*, & alii.

*Sæculo XVII.* Clarent hodiedum præcedentes & *Ss. Franciscus* Regis, *Aloysius* Gonzaga, *Stanislaus* à Koscka. In Templo *Lavernensi* Burgundico *Sacra Eucharistia* spatio 30. horarum, omnibus circa igne consumptis, illæsa in aëre perstitit, spectantibus plurimis miraculi testibus.

## §. XVI.
## ECCLESIA CHRISTI SACRIS ORDINIBUS FULCITA.

*Sæculo I.* *S. Joannem* Baptistam ab Eremo ad Jordanis ripas veritatis & Pœnitentiæ Præconem, vitæ Monasticæ & Religiosæ Antesignanum scribit Hieronymus in Epist. ad Eustochium Virginem. Cœnobitarum quoque Disciplinam à tempore prædicationis Apostolicæ initium sumpsisse testatur *Cassianus* Coll. 19. c. 5. item *S. Dionysius* Areopagita Monasticæ Professionis meminit c. 6. Eccles. Hierarch.

*Sæculo II.* *S. Narcissus* Hierosolymæ Episcopus Anachoreticam vitam degit apud Monachos Camungenses. Multos alios allegat *S. Justinus* in Apost. Ritus in Sacris Virginibus velandis & consecrandis decreti à Pio I. Pontifice.

*Sæculo III.* Paulus Eremitarum Auctor & Magister quindecim annorum apud Thebaidem inferiorem Eremi speluncam ingressus An. 253. in qua vitam Eremiticam duxit usque ad annum centesimum decimum tertium.

*Sæculo IV.* In *Armenia*, *Scythia*, & utraque *Thebaide S. Antonius* Monasteria condidit. S. *Pachomius* in Ægypto. S. *Hilarius*

*rius* in Palæstina. SS. *Basilius* & *Athanasius* in Græcia. Similia plura condita in Italia testantur SS. *Hieronymus*, *Ambrosius*, *Augustinus*.

S. *Augustinus* in Africa Religiosas utriusque sexûs Familias instituit. *Sæculo V.*

S. *Benedictus* Religiosum ordinem fundavit, brevi post per totum Terrarum orbem diffusum. *Sæculo VI.*

S. *Sigebertus* Austrasiæ Rex, & *Bamba* Rex Hispaniæ, Monasticam vitam amplexi. *Sæculo VII.*

Aliqui Reges Angliæ, & *Carolomannus* Caroli Martelli Primogenitus ad Monachos transeunt. *Sæculo VIII.*

*Lotharius* I. Imp. Monachus factus in Monasterio Prumiensi Anno 855. *Sæculo IX.*

*Fortunius* Navarræ Rex, *Alphonsus* Legionis, *Constantinus* III. Scotiæ, *Hugo* Italiæ Rex Monasticam vitam assumpsêre. *Sæculo X.*

Varii ordines instituti: *Canonici* Regulares, *Camaldunensis*, *Carthusianus*, *Antonianus*, *Cisterciensis*. *Sæculo XI.*

*Præmonstratenses*, Hospitalarii S. *Joannis* Hierosol. nunc *Melitenses*, Equites S. *Jacobi*, *Calatravæ*, *Alcantaræ*, *Teutonici* Mariani, aliique. *Sæculo XII.*

*Dominicani*, *Franciscani*, Eremitæ S. *Augustini*, Carmelitæ & alii. *Sæculo XIII.*

Milites Jesû Chr. in Lusitania, Eremitæ S. *Pauli* in Hungaria. *Sæculo XIV.*

Canonici S. *Salvatoris*, Ordo *Minimorum* S. Franc. & *Paulani*. *Sæculo XV.*

*Theatini*, *Capuccini*, Clerici Regulares *S. Pauli*, Societas *JESU*, Congregatio *Oratorii*, *Carmelitæ* discalceati. *Sæculo XVI.*

*Pœnitentes* Tertii Ordinis S. *Francisci*, ordo *piarum Scholarum*, *Presbyteri* Missionarii. *Sæcul. XVII.*



## §. XVII.

# ROMANA ECCLESIA MULTUM PASSA, MIRABILITER CREVIT.

*Sæculo I.* Roma triplici incendio deformata 1. sub *Claudio*. 2. sub *Nerone*, 3. sub *Tito* Imperatoribus,

*Sæculo II.* Nihilominùs opes Ecclesiæ Romanæ non tantùm multorum Ecclesiæ Ministrorum, sed etiam Christianorum Exterorum egestati sublevandæ sufficiebant. Ita *Eusebius* & alii in *Baronio*.

*Sæculo III.* Aucti hoc Sæculo Cardinalium Tituli, auctas indicant opes Ecclesiæ Romanæ.

*Sæculo IV.* *Constantinus* M. Imp. ædificatas à se Basilicas *Lateranensem*, *Vaticanam*, *D. Pauli*, aliasque aureis argenteisque vasis, & latifundiis locupletat.

*Sæculo V.* *Alaricus* Romam diripit: *Ataulphus* corradit, quod prior direptio reliquerat: Post Hos *Maximinus* & *Gensericus* Wandalorum Rex. Demùm *Ricimerus* & *Theodoricus* Rex Gothorum.

*Sæculo VI.* *Totila* Gothorum Rex Civibus fame propemodùm enectis, urbem vi captam incendit, & penè vacuam reliquit. Nihilominùs amplissimum fuisse hoc ævo Patrimonium Petri, docent Epistolæ *Gregorii* M. Pontificis.

*Sæculo VII.* *Hispania* annuum *Ecclesiæ Romanæ* tributum solvit, dein *Gallia* & *Anglia*.

*Sæculo VIII.* *Aripertus* II. Longobardorum Rex Romano Pontifici *Alpes Cottias* donat. *Pipinus* Francorum Rex *Exarchatum* & *Pentapolim*. *Carolus* Magnus *Pipini* Patris Donationes multis Ditionibus accumulat.

*Sæculo IX.* *Ludovicus* Pius Imp. Avi *Pipini* & *Caroli* M. Donationes confirmat, & amplificat.

*Sæculo X.* Post multas infestationes *Tusculanorum* Comitum, ac præcipuè fœminarum *Theodoræ* Matris & Filiæ *Maroziæ*,

*Otho* I.

*Otho* I. Imp. priorum Cæsarum Donationes novo Decreto sancit, ac sub finem sæculi à S. *Stephano* Hung. Rege Hungaria Romanæ Ecclesiæ oblata.

S. *Henricus* Imperator Donationes priorum Imperatorum ratas habet, Romanæque Ecclesiæ spontè vectigales fiunt, *Dania*, *Russia*, *Polonia*, *Bohemia*, *Croatia*, *Dalmatia*, *Sardinia*. *Sæculo XI.*

*Mathildis* Ducissa Ditionem suam universam D. *Petri* successoribus moriens legat, & *Lusitania* Romano Pontifici spontè fit vectigalis. *Sæculo XII.*


*Joannes* Rex Angliæ & Hiberniæ suprema jura in Romanum Pontificem transfert. *Rudolphus* I. Imp. restituit, ab aliis direpta. *Sæculo XIII.*

*Avenione* sedentibus Romanis Pontificibus Patrimonium *Petri* dilaceratur, & *Roma* penè deseritur; redeunte verò Romam *Gregorio* XI. An. 1377. reflorescit. *Sæculo XIV.*

*Bononia* à *Martino* V. Pontifice recuperatur. *Valentinensis*, & *Diensis* Comitatus in Gallia à *Ludovico* XI. redduntur. *Sæculo XV.*

*Roma* & *Italia* bellis multùm vastata respirat, & *Ravenna*, quæ fugatis *Polentanis* Venetis se ultrò tradiderat, ab his Rom. sedi restituitur. *Sæculo XVI.*

Ducatus *Urbinas* ab *Urbano* VIII. & *Castrensis* Ducatus ab *Innocentio* X. recuperatur. *Sæcul. XVII.*



CA-

# CAPUT II.

# Modernus Ecclesiæ Christi in terris Status Romanus.

*Primitivæ Ecclesiæ*

HActenus de Primitivæ Ecclesiæ Statu, nunc de moderno Regimine Ecclesiastico Romano dicetur. Sicut autem Arboris fructiferæ statio Primaria, locusque magis proprius non est Ille, in quo nata est, sed ubi plantata radices egit altiùs, ramos diffundit & fructus uberiores producit. Ita Ecclesiæ Statio primaria non est, aut Hierosolymis in Palæstina, aut *Antiochiæ* in Syria, ubi nata propullulavit; sed *Romæ*, ubi à S. Petro plantata & educata radices profundiores egit & ramos suos in mundum universum extendit, tenuitque stationem suam, & tenebit. De hac igitur nunc sermo erit.

*transplantatio Romæ facta.*

## §. I.

## MODERNÆ ECCLESIÆ VISIBILE CAPUT ROMÆ.

*Jus Petri Jus Successorum*

Eodem Jure Divino, quo *Petrus* inter Apostolos post Christi in cœlos ascensum fuit visibile Ecclesiæ caput & Princeps universalis, eodem, inquam, Jure post *Petri* mortem tales fuerunt & erunt usque ad finem mundi *Petri* successores Romani *Pontifices* Legitimi.

*à Christo derivatum*

Christus enim tradens Petro Authoritatem & formam regendi Ecclesiam, tradidit illam, ùt perpetuò duraturam, adeoque ut transmittendam in successores. Ita senserunt Concilia Oecumenica, interpretes Theologi, aliique scriptores innumeri; quorum plures videre est apud Bellarminum, & Qualterium in tabulis Chronologicis. Agnovêre

vêre Martyres, sancti Viri, Cæsares, Reges, Episcopi, & omnium ferè gentium populi.

Hinc Patres semper habuêre Romanos Pontifices, ut Petri in Primatu successores. Hinc S. Hieronymus. S. Bernardus. S. Augustinus Epist. 163. ait: *In Romana Ecclesia semper Apostolicæ Cathedræ viguit Principatus.* Et Patres Concilii Florentini, Græcis & Latinis conflati, magno consensu sic definierunt P. 2. collat. 22. *Definimus sanctam Apostolicam sedem & Romanum Pontificem successorem esse B. Petri, Verticis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, & totius Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum Patrem & Doctorem existere, & in universum orbem tenere Principatum, eique in B. Petro pascendi, regendi & gubernandi universalem Ecclesiam à Domino nostro JESU Christo plenam potestatem traditam esse.*

*Legitimi Successores*

*à Patribus Conciliis*

*Habiti & Definiti*

*S. Petri* autem *Successores* fuêre hactenus, nempe usque præsentem annum 1739. ducenti quinquaginta, quorum hìc seriem continuam ob oculos ponimus, designando numerum se se subsequentium, & Annum singulorum, quo ad Pontificatum evecti fuerunt.

*Numerus Eorum, 250.*

# SERIES PONTIFICUM
## A S. PETRO USQUE AD MODERNUM.

| *Num. à Petro* | *Annus à Christo.* |
|---|---|
| 1. S. Linus | 67. |
| 2. S. Cletus | 78. |
| 3. S. Clemens | 91. |
| 4. S. Anacletus | 101. |
| 5. S. Evaristus | 110. |
| 6. S. Alexander | 119. |
| 7. S. Sixtus | 130. |
| 8. S. Telesphorus | 140. |
| 9. S. Hyginus | 152. |
| 10. S. Pius | 156. |

| | |
|---|---|
| 11. S. Anicetus | 165. |
| 12. S. Soter | 173. |
| 13. S. Eleutherius | 177. |
| 14. S. Victor | 192. |
| 15. S. Zephyrinus | 201. |
| 16. S. Callistus | 219. |
| 17. S. Urbanus | 224. |
| 18. S. Pontianus | 231. |
| 19. S. Anterus | 235. |
| 20. S Fabianus | 236. |
| 21. S. Cornelius | 251. |
| 22. S. Lucius | 253. |
| 23. S. Stephanus | 255. |
| 24. S. Sixtus II. | 257. |
| 25. S. Dionysius | 258. |
| 26. S Felix | 270. |
| 27. S Eutychianus | 275. |
| 28. S. Cajus | 283. |
| 29. S. Marcellinus | 296. |
| 30. S Marcellus | 304. |
| 31. S. Eusebius | 309. |
| 32. S. Melchiades | 311. |
| 33. S. Silvester | 314. |
| 34. S. Marcus | 336. |
| 35. S. Julius | 337. |
| 36. S. Liberius | 352. |
| 37. S. Felix II. | 355. |
| 38. S. Damasus | 367. |
| 39. S. Siricius | 385. |
| 40. S. Anastasius | 398. |
| 41. S. Innocentius | 402. |
| 42. S. Zosimus | 417. |
| 43. S. Bonifacius | 418. |
| 44. S. Cœlestinus | 425. |
| 45. S. Sixtus III. | 432. |

46. S.

| | | |
|---|---|---|
| 46. | S. Leo M. | 440. |
| 47. | S. Hilarius | 461. |
| 48. | S. Simplicius | 467. |
| 49. | S. Felix III. | 483. |
| 50. | S. Gelasius | 492. |
| 51. | S. Anastasius II. | 496. |
| 52. | S. Symmachus | 498. |
| 53. | S. Hormisdas | 514. |
| 54. | S. Joannes | 523. |
| 55. | S. Felix IV. | 526. |
| 56. | Bonifacius II. | 529. |
| 57. | S. Joannes II. | 532. |
| 58. | S. Agapetus | 535. |
| 59. | S. Silverius | 536. |
| 60. | Vigilius | 537. |
| 61. | Pelagius | 555. |
| 62. | Joannes III. | 561. |
| 63. | Benedictus | 575. |
| 64. | Pelagius II. | 579. |
| 65. | S. Gregorius M. | 590. |
| 66. | Sabinianus | 604. |
| 67. | Bonifacius III. | 607. |
| 68. | S. Bonifacius IV. | 608. |
| 69. | S. Deusdedit | 616. |
| 70. | Bonifacius V. | 620. |
| 71. | Honorius | 626. |
| 72. | Severinus | 640. |
| 73. | Joannes IV. | 640. |
| 74. | Theodorus | 642. |
| 75. | S. Martinus | 649. |
| 76. | S. Eugenius | 654. |
| 77. | S. Vitalianus | 657. |
| 78. | Adeodatus | 672. |
| 79. | Donus | 677. |
| 80. | S. Agatho | 679. |

| | | |
|---|---|---|
| 81. | S. Leo II. | 682. |
| 82. | S. Benedictus II. | 685. |
| 83. | Joannes V. | 686. |
| 84. | Conon | 687. |
| 85. | S. Sergius | 688. |
| 86. | Joannes VI. | 702. |
| 87. | Joannes VII. | 705. |
| 88. | Sisinnius | 707. |
| 89. | Constantinus | 708. |
| 90. | S. Gregorius II. | 715. |
| 91. | S. Gregorius III. | 731. |
| 92. | S. Zacharias | 741. |
| 93. | Stephanus II. | 752. |
| 94. | Stephanus III. | 752. |
| 95. | S. Paulus | 757. |
| 96. | Stephanus IV. | 768. |
| 97. | Hadrianus | 772. |
| 98. | Leo III. | 795. |
| 99. | Stephanus V. | 816. |
| 100. | S. Paschalis | 817. |
| 101. | Eugenius II. | 824. |
| 102. | Valentinus | 827. |
| 103. | Gregorius IV. | 828. |
| 104. | Sergius II. | 844. |
| 105. | S. Leo IV. | 847. |
| 106. | Benedictus III. | 855. |
| 107. | S. Nicolaus | 858. |
| 108. | Hadrianus II. | 867. |
| 109. | Joannes VIII. | 872. |
| 110. | Marinus | 882. |
| 111. | Hadrianus III. | 884. |
| 112. | Stephanus VI. | 885. |
| 113. | Formosus | 891. |
| 114. | Bonifacius VI. | 896. |
| 115. | Stephanus VII. | 896. |

116. Ro-

| | | |
|---|---|---|
| 116. | Romanus | 897. |
| 117. | Theodorus II. | 898. |
| 118. | Joannes IX. | 898. |
| 119. | Benedictus IV. | 900. |
| 120. | Leo V. | 904. |
| 121. | Christophorus | 904. |
| 122. | Sergius III. | 905. |
| 123. | Anastasius III. | 912. |
| 124. | Lando. | 914. |
| 125. | Joannes X. | 915. |
| 126. | Leo VI. | 928. |
| 127. | Stephanus VIII. | 929. |
| 128. | Joannes XI. | 931. |
| 129. | Leo VII. | 936. |
| 130. | Stephanus IX. | 939. |
| 131. | Marinus II. | 943. |
| 132. | Agapetus II. | 946. |
| 133. | Joannes XII. | 956. |
| 134. | Leo VIII. | 963. |
| 135. | Benedictus V. | 964. |
| 136. | Joannes XIII. | 965. |
| 137. | Benedictus VI. | 972. |
| 138. | Donus II. | 974. |
| 139. | Benedictus VII. | 975. |
| 140. | Joannes XIV. | 984. |
| 141. | Bonifacius VII. | 985. |
| 142. | Joannes XV. | 986. |
| 143. | Gregorius V. | 997. |
| 144. | Sylvester II. | 999. |
| 145. | Joannes XVI. dictus XVII. | 1003. |
| 146. | Joannes XVII. dictus XIX. | 1004. |
| 147. | Sergius IV. | 1009. |
| 148. | Benedictus VIII. | 1012. |
| 149. | Joannes XX. | 1024. |
| 150. | Benedictus IX. | 1033. |

| | | |
|---|---|---|
| 151. | Gregorius VI. | 1045. |
| 152. | Clemens II. | 1046. |
| 153. | Damaſus II. | 1048. |
| 154. | S. Leo IX. | 1049. |
| 155. | Victor II. | 1055. |
| 156. | Stephanus X. | 1057. |
| 157. | Nicolaus II. | 1059. |
| 158. | Alexander II. | 1061. |
| 159. | S. Gregorius VII. | 1073. |
| 160. | Victor III. | 1087. |
| 161. | Urbanus II. | 1088. |
| 162. | Paſchalis II. | 1099. |
| 163. | Gelaſius II. | 1118. |
| 164. | Calliſtus II. | 1123. |
| 165. | Honorius II. | 1128. |
| 166. | Innocentius II. | 1130. |
| 167. | Cœleſtinus II. | 1143. |
| 168. | Lucius II. | 1144. |
| 169. | Eugenius III. | 1145. |
| 170, | Anaſtaſius IV. | 1153. |
| 171. | Hadrianus IV. | 1154. |
| 172. | Alexander III. | 1159. |
| 173. | Lucius III. | 1181. |
| 174. | Urbanus III. | 1185. |
| 175. | Gregorius VIII. | 1187. |
| 176. | Clemens III. | 1187. |
| 177. | Cœleſtinus III. | 1191. |
| 178. | Innocentius III. | 1198. |
| 179. | Honorius III. | 1216. |
| 180. | Gregorius IX. | 1227. |
| 181. | Cœleſtinus IV. | 1241. |
| 182. | Innocentius IV. | 1243. |
| 183. | Alexander IV. | 1254. |
| 184. | Urbanus IV. | 1261. |
| 185. | Clemens IV. | 1265. |

186.

| | | |
|---|---|---|
| 186. | B. Gregorius X. | 1271. |
| 187. | Innocentius V. | 1276. |
| 188. | Hadrianus V. | 1276. |
| 189. | Joannes XXI. | 1276. |
| 190. | Nicolaus III. | 1277. |
| 191. | Martinus II. dict. IV. | 1281. |
| 192. | Honorius IV. | 1285. |
| 193. | Nicolaus IV. | 1288. |
| 194. | S. Cœleſtinus V. | 1294. |
| 195. | Bonifacius VIII. | 1294. |
| 196. | Benedictus X. Dictus XI. | 1303. |
| 197. | Clemens V. | 1305. |
| 198. | Joannes XXII. | 1316. |
| 199. | Benedictus XI. dictus XII. | 1334. |
| 200. | Clemens VI. | 1342. |
| 201. | Innocentius VI. | 1352. |
| 202. | Urbanus V. | 1362. |
| 203. | Gregorius XI. | 1370. |
| 204. | Urbanus VI. | 1378. |
| 105. | Bonifacius IX. | 1389. |
| 206. | Innocentius VII. | 1404. |
| 207. | Gregorius XII. | 1406. |
| 208. | Alexander V. | 1409. |
| 209. | Joannes XXIII. | 1410. |
| 210. | Martinus V. | 1417. |
| 211. | Eugenius IV. | 1431. |
| 212. | Nicolaus V. | 1447. |
| 213. | Calliſtus III. | 1455. |
| 214. | Pius II. | 1458. |
| 215. | Paulus II. | 1464. |
| 216. | Sixtus IV. | 1471. |
| 217. | Innocentius VIII. | 1484. |
| 218. | Alexander VI. | 1492. |
| 219. | Pius III. | 1503. |
| 220. | Julius II. | 1503. |

221. Leo

| | | |
|---|---|---|
| 221. | Leo X. | 1513 |
| 222. | Hadrianus VI. | 1522. |
| 223. | Clemens VII. | 1523. |
| 224. | Paulus III. | 1534. |
| 225. | Julius III. | 1550. |
| 226. | Marcellus II. | 1555. |
| 227. | Paulus IV. | 1555. |
| 228. | Pius IV. | 1560. |
| 229. | B. Pius V. | 1566. |
| 230. | Gregorius XIII. | 1572. |
| 231. | Sixtus V. | 1585. |
| 232. | Urbanus VII. | 1590. |
| 233. | Gregorius XIV. | 1590. |
| 234. | Innocent. IX. | 1591. |
| 235. | Clemens VIII. | 1591. |
| 236. | Leo XI. | 1605. |
| 237. | Paulus V. | 1605. |
| 238. | Gregorius XV. | 1621. |
| 239 | Urbanus VIII. | 1623. |
| 240. | Innocentius X. | 1644. |
| 241. | Alexander VII. | 1655. |
| 242. | Clemens IX. | 1667. |
| 243. | Clemens X. | 1669. |
| 244. | Innocentius XI. | 1676. |
| 245. | Alexander VIII. | 1689. |
| 246. | Innocentius XII. | 1691. |
| 247. | Clemens XI. | 1700. |
| 248. | Innocentius XIII. | 1721. |
| 249. | Benedictus XIII. | 1724. |
| 250. | Clemens XII. | 1730. |

§. II.

## §. II.

# SEDES PONTIFICUM ORDINARIA ROMÆ STABILIS.

Hi omnes recensiti Pontifices cum tota Ecclesia agnoverunt sedem Romanam; tanquam propriam & ordinariam. Nec obstat quod septem ex iis, nempe *Clemens V. Joannes XXII. Benedictus XII. Clemens VI. Innocentius VI. Urbanus V. Gregorius XI. Avenione* in Gallia consederint; erant enim ibidem velut in exilio ob turbas & Schismata illius temporis, ita ùt Romæ tuti non essent. Pacata verò nonnihil Ecclesia *Gregorius XI.* Ad sedem propriam rediit, cæterique ejusdem Successores usque ad modernum Pontificem omnes Romæ resederunt. Nec moderna sedis Romanæ officit magnificentia, si cum lignea sede Petri aut Primorum Pontificum inter medias persecutiones tenuitate comparetur; aucta enim quaquà versum, & per totum orbem successu temporis amplificata Ecclesia majorem postulabat Authoritatem, tum ut malevolentium potentiarum faciliùs retunderet violentiam, tum ut ipsam Ecclesiæ florentis Majestatem feliciùs tueretur. Nec malè conveniunt *Amplitudo* Imperii & *Majestas*, & quò latiùs est *Dominium*, hòc majus postulat obsequium.

*Sedes temporaria Avenione.*

*Non obstat perpetuæ.*

*Nec Imperio Majestas.*

Porrò tempus quidem & ætas rerum variant circumstantias, sed naturam non mutant. Eadem adhuc est & manet Christiana Religio, quam olim Petrus in pusillo Grege à Christo gubernandam acceperat, & quidem hodie, miris modis Grege per orbem multiplicato, Modernus Pontifex Gubernat & Regit. Sanè, si unquam *Catholica*, seu *Universalis Ecclesia* fuit, hoc ævo nostro per totum orbem terrarum longè latéque diffusa, talis existit; utque *Ecclesia Catholica Mater est universalis* omnium rectè credentium, ita Romanus Pontifex est *Papa*, sive *Pater* Uni-

*Nec tempus Variatum.*

*Eadem est, quæ fuit,*

*Catholica Ecclesia.*

*Et Pater Universalis.* Universalis omnium Christianorum, rectéque, ubi sedem suam primariam Ecclesia semel statuit, ibidem legitimus Petri successor, ac Christi in terris Vicarius, sedem suam ordinariam figit Romæ ac stabilit contra Portas Inferi in finem sæculorum.

## §. III.
## ROMANI PONTIFICIS ELECTIO.

*Electio prima.* In *Electione* primi *Capitis* Ecclesiæ, re maximi momenti, Ecclesia semper cum maxima libertate, & prudenti cautione processit.

*Clemens* quidem à *Petro* Successor designatus, sed *Linum* electum præcedere maluit, ne apud posteros noceret exemplum: atque talis Electio primis quinque sæculis stetit penes *Clerum* & *Populum Romanum* ad pluralitatem votorum, donec eodem Sæculo *Pelagius I.* modum *Electionis* accuratiorem præscripsit. *Per Clerum & Populum Romanum.* Hunc tamen multo tempore turbárunt *Reges Herulorum* & *Italiæ*, cumprimis Rex *Odoacer* & *Theodoricus* Arrianus, quibus eodem tenore successerunt *Reges Gothorum* & tandem ipsimet *Imperatores Romani* præprimis *Justinianus*, qui electos Pontifices coëgerunt confirmationis titulo certam pecuniæ summam dissolvere, quam tamen prætensionem iniquam rursus abrogârunt Imperatores aliquot, scilicet *Constantinus Barbatus*, *Ludovicus Pius*, aliique; at postea anno circiter 963. *Otho Magnus* ejusque Filius Junior has tricas denuò suscitârunt, quas *S. Henricus* Imp. rursus absolvit; duravitque hæc vicissitudo etiam deinceps longo adhuc tempore, ansamque præbuit iterato Schismati, multisque turbis ac bellis inter *Pontifices* & *Imperatores* exortis, dum Imperatores suos Clientes per vim intrudebant, quos Populus *Romanus* & *Clerus* recusabant. Donec tandem post sublatum diuturnum Schisma *Petri Leonis* Cardinalium cœtus prævaluit,

*Turbata per Reges.*

*Prætensa confirmatio.*

*Abrogata superinducta*

*Tandem prorsus.*

valuit, & *Cælestinum II.* Pontificem Romanum *Innocentio II.* per liberam & legitimam electionem substituit. *Post schisma abolita.*

## §. IV.

## ELECTORES PONTIFICIS CARDINALES S. R. E.

Cardinalium munus est Pontifici consilio & operâ adesse & sede Romana vacante novum eligere Pontificem. *Munus Cardinalium.* Nomen quod attinet, nullibi reperitur Cardinalium mentio facta ante Concilium Romæ sub *Silvestro* habitum An. 324. in quo Can. 7. præcipitur, ùt *Diaconi non sint plures per Parochiarum Examen, nisi duo, & Cardinales Urbis Romæ septem.* Nihilominùs *Eugenius IV.* in Epist. ad Cantuariensem Archi-Episcopum scribit: *Cardinalium Nomen* non fuisse quidem primis nascentis Ecclesiæ temporibus expressum, munus tamen & officium à S. Petro Apostolo & successoribus ejus evidenter institutum. *Jam fuit ab initio.* Quando autem ita ceperint appellari, varii variè opinantur: nonnulli eos incepisse volunt sub initium sæculi tertii à *Pontiano*, alii sæculo quarto à *Marcello*, alii paulò post à *Silvestro*, alii priùs sæculo sexto à *Gregorio M.* *Nomen longè post.* id certiùs videtur, quod primi *Cardinales* fuerint soli *Diaconi*, iique Procuratores pauperum, pupillorum & viduarum, dicti proinde Regionarii. *Cardinales Diaconi.* Postea crescente numero fidelium, & Presbyterorum primus Parochiæ seu tituli *Presbyter*, qui cæteris sui tituli Presbyteris præesset, dictus fuit *Presbyter Cardinalis.* *Cardinales Presbyteri.* Tandem non sub Honorio II. Sæc. 12. sed paulò ante tempora *Petri Damiani Cardinalis*, & Ostiensis Episcopi, nempe circa annum 1057. additi fuere Episcopi *Cardinales*, cùm essent designati septem Urbis Romæ viciniores Episcopi, qui assisterent summo Pontifici, eumque in curis & laboribus studio & consilio sublevarent. *Cardinales Episcopi.*

## §. V.

# NUMERUS CARDINALIUM.

*Varius numerus.* Hic variis temporibus varius fuit: Sæculo 8vo sub Stephano IV. sex tantùm memorantur Cardinales: Sæculo 11mo. sub *Paschali II.* numerati 19. Sæculo 12mo sub Bonifacio VIII. qui primus duplici Tiaram corona circumdat, fuêre Cardinales 20. Sæculo 14to. quo *Avenione* sedebant summi Pontifices, & addita Tiaræ Corona triplex fuere Cardinales 30. ne plures quàm 34. in posterum forent, statuerunt Constantiensis Concilii Patres sess. 40. sub *Leone* tamen X. circa initium sæculi 16ti qui una sola Cardinalium promotione creavit 31. visi simul fuêre Cardinales 65. sub *Paulo IV.* 70. sub *Pio IV.* 76. Denique *Sixtus V.* speciali constitutione decrevit, ne plures, paucioresque forent, quàm 70. ùt septuaginta fuerunt seniores de populo Israëlitico Moysi collaterales & assistentes. Num. c. 11. Ex Dei mandato: *Congrega mihi 70. Viros de Senibus Israël, quos tu nôsti, quod senes populi sint, ac Magistri & duces eos ad ostium Tabernaculi Fœderis, faciesque ibi stare tecum, ut descendam, & loquar tibi, & aufferam de spiritu tuo, tradamque eis, ut sustentent tecum onus populi, & non tu solus graveris.*

*Major & Major.*

*Reductus ad 70.*

*Diaconi 14 Presbyteri 50* Hic Numerus Cardinalium modò perseverat. Sunt autem ex *Diaconorum* ordine 14. ex ordine *Presbyterorum* 50. & ex *Episcoporum* ordine sex, videlicet Antiqui viciniores Romanæ urbis Episcopi: *Ostiensis*, *Portuensis*, *Tusculanus*, *Sabinus*, Prænestinus, *Albanensis*. Qui septimus erat *Veliternus*, nunc ab *Eugenio* III. *Ostiensi* unitus amplius non computatur.

*Episcopi 6. Romæ vicini.*

*Purpurati Eminentissimi.* *Rubrum Galerum*, teste *Ricciolo* modò acceperunt ab Innocentio IV. in signum pro libertate Ecclesiastica fundendi sanguinis. *Eminentiæ* verò Titulum sub Pontificatu *Urbani* VIII.

VIII. qui proinde post Romanum Pontificem primas tenent in Ecclesia Catholica *Patres Purpurati & Electores.*

## §. VI.

# LOCUS ELECTIONIS PAPALIS ET MODUS.

*Conclave*, sive Locum Electionis Pontificiæ Primò in Vaticano instituit *Honorius* III. vel juxta alios, *Gregorius* X. An. 1274 Ipsam verò Electionem Pontificis per duas tertias Cardinalium præsentium Legitimam statuit *Gregorius* XV. *Vaticanum Conclave*

*Cubicula* sive stationes *Conclavis* singulis Cardinalibus singula distribuuntur, nec ampliora sunt 36. palmis. *Custos Conclavis* est *Mareschallus* Ecclesiæ. Illi accedit *Gubernator* Castelli S. Angeli, aliique Prælati ad hoc electi, qui omnes jurant in manus Cardinalis *Decani*. Durante Electione Januæ Conclavis obstruuntur à Murariis, relicto quodam foramine aperto, per quod suo tempore cibi inferuntur. *Conclave* ingrediuntur etiam *Custos*, *Magister Cæremoniarum*, *Secretarius*, Confessarius, Duo Medici, Pharmacopæus, Chirurgus cum duobus Tonsoribus, Trapezita, Murarius &c. singuli cum suo famulitio. *In cubicula necessariæ* *admittuntur Personæ*

*Electione* Legitimè peracta mox Cæremoniarum *Magister*, vel etiam *Decanus*, accedit stationem & locum *Electi*, eique nuncium defert factæ exaltationis Personæ illius ad Pontificatum. Post hæc *Electus Pontifex* à Cardinalibus deducitur ad sacellum, ubi indutus habitu Pontificio recipit consuetam adorationem sive prima Cardinalium obsequia. Exinde Pontifex in sella gestatoria deportatur in Templum S. Petri, & collocatus in Altari SS. Apostolorum à Cardinalibus recipit adorationem secundam, qua peracta defertur ad suum Palatium, & post aliquot dies, ante portam Templi D. Petri considens in Throno accipit Mitram & Coronam Pontificiam; subinde verò in *Electus adoratur* *Introductio in Palatium.*

*In Lateranum & clavium traditio.*

in pompa equestri transit ad Templum *S. Joannis* Lateranensis in Comitatu Cardinalium, Legatorum ac Principum, ubi ad fores & ingressum Templi Archi-Episcopus & caput Collegii Lateranensis Pontifici duas Claves porrigit, *auream* unam, & alteram *argenteam*, atque in Throno considentis pedes exosculantur Canonici dictæ Ecclesiæ, & homagium illi præstant &c.

## §. VI.

## CATALOGUS CARDINALIUM ANNO 1738. VIVENTIUM.

## SUMMUS PONTIFEX.

Ann. Ætat. Ann. Exalt.

86. CLEMENS XII. Ex Domo Corsinorum. 1730.

66. *Accoramboni* Joseph, de Norcia, Cardinalis Presbyter, Episcopus Imolanus. 1728.

73. *D'Acunha* Nuno, Lusitanus, Card. Diaconus. 1712.

56. *Albani* Hannibal, d'Urbino, Camerlengo & Episcopus Sabinus, Protector Poloniæ. 1711.

46. *Albani* Alexander, d'Urbino, Card. Diac. 1721.

74. *Alberoni*, Julius, de Piacenza, Card. Presb. 1710.

70. *Aldrovandi* Pompejus, de Bologna, Cardinalis Presbyter. 1734.

58. *D'Alsace Bossu* Thomas Philip. Bruxellensis Belga, Archi-Episc. Mechlinensis, Card. Presb. 1719.

76. *Altieri* Joh. Bapt. Romanus, Card. Presb. 1724.

67. *Altieri* Laurentius, Romanus, prioris Frater, Card. Diac. 1690.

43. *Aquaviva* Trajanus, Neapolitanus 1732.

76. *Barberini* Franciscus, Romanus, Primus Cardinalis, Episcopus Ostiensis & Velletrensis. 1690.

75. *Belluga y Moncada* Ludovicus, Hispanus, Episcopus Murciensis, Protector Hispaniæ. 1719.

71. Bi

71. *Bichi* Vincentius, de Siena, Card. Presb. 1731.
81. *Bissi* Henricus Thyard, Gallus, Episcopus Meldensis, Meaux, Card. Presb. 1716.
41. *Borghese* Franciscus, Romanus, Card. Presb. 1729.
67. *Borromeo* Gisbertus, Mediolanensis, Episcopus Novarensis, Card. Presb. 1717.
11. *Ludovicus*, Infans Hispaniæ, Cardin. de *Bourbon* Archi Episcopus Toletanus. 1736.
61. *Caraffa* Petrus Ludovicus, Neapolitanus, Card. Presbyter. 1728.
59. *Centi* Seraphinus, Romanus, Archi-Episcopus Beneventinus, Card. Presb. 1734.
57. *Cibo* Camillus, de Massa & Carrara, Card. Presbyter. 1729.
81. *Cienfuegos* Alvarus, Hispanus, Archi-Episcopus Monterealis, Card. Presb. e Soc. Jesu 1720.
73. *Colonna* Carolus, Romanus, Card. Diaconus. 1712.
80. *Corradini* Petrus Marcellinus, de Sezza, Card. Presbyter. 1712.
53. *Corsini* Nereo, Florentinus, Card. Diacon. 1730.
56. *Coscia* Nicolaus, Beneventinus, Card. Diac. 1725.
66. *Czacki* Emericus, Comes de Czacki, Archi-Episcopus Colossanus, Card. Presb. 1717.
68. *Davia* Josephus Antonius, Bononiensis, Episcopus Riminiensis. 1712.
57. *Ferrerio* Vincentius, de Modovi, Episcopus Vercellensis, Dominicanus. 1729.
69. *Fini* Franciscus Antonius, Beneventinus, Card. Presbyter 1728.
61. *Firrao* Josephus, Neapolitanus, Episcopus Aversanus, Card. Presb. 1731.
88. *Fleury* Andreas Hercules, Primus Minister Regis Galliarum, Card. Presb. 1726.
57. *Gentili* Antonius Severinus, Romanus, Card. Presbyter. 1731.

82. Ge-

82. *Gevres* Leo Poitier, Archi-Episcopus de Bourges, Card. Presbyter. 1719.
78. *Giudice* Nicolaus, Neapolitanus, Card Presbyter Protector Siciliæ & Carmelit. 1725.
74. *Gotti* Vincentius Ludovicus, Bononiensis, Card. Presb. Dominicanus. 1728.
64. *Guadagni* Giovanno Antonio, Florentinus, Episcopus d' Arezzo, Carmelita. 1731.
87. *Imperiali* Josephus Renatus, Genuensis, Card. caput Ordinis Sacerdotalis. 1690,
59. *Kollonitsch* Sigismundus, Archi-Episcopus Viennensis, Card. Presb. 1726.
58. *Lamberg* Josephus Dominicus, Episcopus Passaviensis, Card. Presb. 1738.
63. *Lambertini* Prosper, Bononiensis, & Archi-Episcopus ibidem, Card. Presb. 1728.
68. *Lanfredini* Jacobus, Florentinus, Episcopus Osmensis, Card. Diacon. 1734.
63. *Lercari* Nicolaus Maria, Genuensis, Card. Presbyter. 1726.
75. *Maffey* Bartholomæus, Piemontanus, Episcopus Anconitanus, Card. Presb. 1730.
71. *Marini* Carolus, Genuensis, Card. Diacon. 1714.
40. *Mosca* Agapetus, Pesarensis, Card. Diac. 1732.
53. *Mota y Sylva* Joannes, Lusitanus, Card. Presbyter. 1727.
59. *Odeschalchi* Benedictus, d' Erba, Card. Presbyter. 1713.
80. *Olivieri* Fabius, Pesarensis, Card. Diacon. hoc anno mortuus. 1715.
77. *Orighi* Curtius, Romanus, Card. Diacon. 1712.
71. *Ottobuoni* Petrus, Venetus, Episcopus di Frescati, Card. Presbyter. 1689.
71. *Passeri* Marcello, d' Ariagno, Card Presb. 1733.
71. *Pereira de la Cerda*, Josephus, Lusitanus, Episcopus de Faros, Card. Presb. 1719.

75. *Di Petra* Vincenzo, Neapolitanus, Card. Presbyter. 1724.
70. *Pico de Mirandola* Ludovicus, Mediolanensis, Episcopus Albanensis, Card. Presb. 1712.
68. *Pieri* Petrus Maria, Sienensis, Card. Presb. 1734.
76. *Polignac* Melchior, Gallus, Episcopus Auchensis, Card. Presbyter. 1713.
63. *Portia* Leander, Forojuliensis, Episcopus Bergamensis, Card. Presb. Benedictinus. 1727.
68. *Querini* Angelo Maria, Venetus, Episcopus Brescianus, Card. Presb. Benedictinus. 1727.
67. *Riviera* Dominico, Urbinatensis. 1733.
66. *Rohan* Armandus Gasto, Princeps de Soubise, Card. Presb. 1712.
75. *Ruffo* Thomas, Neapolitanus, Episcopus Ferrariensis & Palestrinensis, Card. Presb. 1706.
42. *Ruspoli* Bartholomæus; Romanus, Card. Diaconus. 1730.
62. *Schönborn* Damianus Hugo, Episcopus Spirensis & Coadjutor Constantiensis, Card. Presb. 1715.
78. *Schrattembach* Wolffgangus Hannibal, Episcopus Olomucensis, Card. Presb. 1712.
39. *Sinzendorff* Philippus Ludovicus, Episcopus Breslaviensis, Card. Presb. 1726.
45. *Spinelli* Josephus, Neapolitanus, Cardin. Presbyter. 1735.
69. *Spinola* Joannes Baptista, Genuensis, Card. Presbyter. 1733.
71. *Spinola* Georgius, Genuensis, Card. Presb. 1719.
73. *Zondedari* Antonius Felix, Siennensis, Card. Presbyter. 1712.

## §. VII.
## POTESTAS SÆCULARIS ROMANI PONTIFICIS.

*Politica Potestas*

Pontificia Potestas duplex est: *Sæcularis* & *Ecclesiastica*. *Sæcularis* complectitur ea bona temporalia, quæ ex liberalitate & pia munificentia *Constantini M. Caroli M.* Ducissæ *Mathildis*, aliorumque Principum Romano Pontifici obvenerunt suntque sequentes Provinciæ:

### Provinciæ Rom. Pontificis.

*Dominium temporale*

*Romani Pontificis*

*Latium*, sive Campagna di Roma.
*Ager Sabinus*, La Sabina.
*Patrimonium S. Petri*, del Patrimonio.
*Ager Urbevetanus*, L' Orvieto.
*Ducatus Castrensis*, di Castro.
*Ager Perusinus*, Il Perugino.
*Ducatus Umbriæ*, L' Ombria.
*Marchia Anconitana*, d' Ancona.
*Ducatus Urbini*, d' Urbino.
*Romandiola*, La Romagna.
*Ducatus Ferrariensis*, di Ferrara.
*Ager Bononiensis*, Il Bolognese.
*Ducatus Beneventanus*, di Benevento.
*Ducatus Avenionensis*, di Avignone.
Sed de his specialiùs dictum est in Geographia Politica.

## §. VIII.
## ROMANI PONTIFICIS POTESTAS ECCLESIASTICA IN GENERE.

*Potestas spiritualis*

Indubitatum est omnibus fidelibus, ût supra dictum est C. 1. A. 1. Potestatem Ecclesiasticam à Christo datam esse Petro, suo in terris vicario per verba Matth. 16. *Tibi dabo claves Regni cælorum, & quodcunque ligaveris super terram,*

*ram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis*; unde conſequitur eandem poteſtatem à Deo traditam eſſe omnibus & ſingulis Petri ſucceſſoribus, nempe ſupremam Clavium, & univerſalem reſpectu totius Eccleſiæ ligandi, atque ſolvendi Authoritatem, ex vi & fide promiſſionis Divinæ, ex prima Inſtitutione Monarchica, pariterque omnis limitationis, aut circumſcriptionis ante & poſt legitimam Electionem neſcia. Cùm enim *Petrus* poſt mortem ſuam Chriſtianos ſecuturos ligare aut ſolvere amplius non poſſet, neceſſariò hæc Poteſtas *Petro* tradita alteri obvenire debuit, non cuicunque, ſed qui *Petro* in Cathedra legitimè ſucceſſit. *Poteſtas* igitur, unáque *Modus* eandem poteſtatem exercendi jure Succeſſionis eſt penes Romanum Pontificem, qui ſolus & verus eſt ſucceſſor *Petri* & *Chriſti* in terris *Vicarius*, cum poteſtate univerſali, ſeſe extendente in omnes Mundi partes & Provincias, in quibus reperitur aliquis Chriſtianus. Unde meritò Romanus Pontifex appellatur *Papa*, ſive Pater Univerſalis, ſummus ovium Chriſti Paſtor, ſupremus omnium Chriſtianorum Doctor, totius Eccleſiæ Chriſtianæ caput ac Princeps, cui in B. Petro ligandi ſolvendi, paſcendi, regendi, & gubernandi univerſalem Eccleſiam à Domino noſtro *JESU Chriſto* plena poteſtas communicata.

*Petro à Chriſto data*

*Legitimis ſucceſſoribus*

*Pariter tradita*

*Hinc Romanus Pontifex*

*Verus Chriſti Vicarius*

Hinc demum fuit ſemper ab univerſis orbis terrarum Eccleſiis, Fidelium, ipſorumque Epiſcoporum ad Romanum Pontificem recurſus, ut ad ſupremum & univerſalem Paſtorem.

## §. IX.
## ROMANI PONTIFICIS POTESTAS ECCLESIASTICA IN SPECIE.

1. Romani Pontificis eſt creare *Cardinales* Eccleſiæ, quos aſſumit ex Viris Doctis & rerum Eccleſiaſticarum

*Creare Cardinales*

 peritis,

peritis, aut aliàs de Ecclesia Christiana bene meritis, aut subinde ab Imperatore & Regibus ob eandem causam & bene merita propositis, ut in gubernanda Ecclesia Pontifici assistant, præcipuè in Tribunalibus Ecclesiasticis.

*Patriarchas Primates*

2. Instituere & transferre *Patriarchatus*, *Primatus*, *Archi-Episcopatus*, eorumque cessionem admittere aut recusare. Eosdemque creare, aut electos confirmare, iis *Pallium* conferre, & *Coadjutorias* cum aut sine futura successione decernere.

*Archi- & Episcopos*

*Sacros Ordines*

3. Sacros *Ordines Equestres*, ac *Religiosos*, Pia *Collegia*, *Congregationes*, & *Confraternitates* approbare atque dissolvere.

*Canones Decreta.*

4. Condere *Canones* & *Decreta Ecclesiastica*, & in iisdem rursus dispensare.

*Judicare Definire*

5. Verum *S. Scripturæ* sensum exponere, Judicare de vero & falso, definire articulos fidei, & dogmata Christianæ Legis statuere, quæ tunc quidem vim Legis obtinent, quando illa ut *Christi Vicarius* & ex *Cathedra* pronunciat.

*Beatificare Canonizare*

6. *Canonizare Sanctos*, vel paulò post mortem sanctè obitam, ut subinde olim factum, vel post multa & rigidissima miraculorum examina, uti nunc fit, dum nulli cultus publicus & veneratio ante sæculum integrum ab obitu transactum ab Ecclesia decernitur.

*Promulgare Jubilæa*

7. Promulgare *Jubilæum* pro tota Ecclesia Christiana. *Ordinarium* quidem *singulis sæculis* ut ab *Innocentio* III. An. 1200. statutum. Quod tamen ad annum *quinquagesimum* à *Clemente* VI. Anno 1350. reductum, & tandem à *Gregorio* XI. An. 1375. ad annum *vigesimum quintum* est restrictum, qui mos hucusque servatus. *Extraordinarium* Pontifices solent indicere, quando ad solium assurgunt: aut quando gravis aliqua necessitas aut utilitas Ecclesiæ id requirit.

*Ordinaria Extraordin.*

8vo Sa-

8vo. *Sacras Indulgentias* ex copiosissimo bonorum operum, meritorumque Christi & Sanctorum Thesauro Christianis distribuere, aut magnis Ecclesiæ Prælatis easdem distribuendi facultatem indulgere. *Distribure Indulgentias*

9no. Conferre *Beneficia, Privilegia, Indulta, Immunitates Ecclesiasticas,* aliasque gratias. *Conferre Privilegia.*

10mo. Convocare & Confirmare *Consilia Oecumenica Universalia* totam Ecclesiam Christianam concernentia, ubi agitur de stabilienda *fide Apostolica,* abolendis erroribus, reformandis *Cleri* moribus, & emendandis Ecclesiæ Christianæ abusibus. Quorum 18. præcipua cum Ricciolo hic ponimus. *Confirmare Concilia.*

## §. X.

## CONCILIA OECUMENICA SUPREMA AUTHORITATE CONVOCAT ET CONFIRMAT.

Primum *Nicænum* Patrum 318. Nicææ in Bythynia celebratum à *Silvestro* Papa sub *Constantino* Imperatore Anno 325. contra *Arium,* qui *Verbi* Divini Divinitatem negabat & stabilita *Consubstantialitas Filii* cum Patre. Item contra *Quartadecimanos* decreta celebratio *Paschatis* in die Dominica, & post *Plenilunium* æquinoctio verno proximum. *Concilium I. Nicænum.*

*Constantinopolitanum* I. Patrum 150. à Damaso sub Gratiano Imp. celebratum Anno 381. contra *Macedonium* negantem Spiritûs S. Divinitatem. *Concilium II. Constantinopolit.*

*Ephesinum* I. Patrum plusquam Ducentorum, authoritate *Cælestini I.* & opera Theodosii Junioris convocatum An. 431. Contra *Nestorium* Episcopum Constantinop. qui Christum in duas Personas dividebat, unam quidem Deum ex Patre, alteram purum hominem ex Matre, quam *Concil. III. Ephesinum I.*

proinde Deiparam vocari noluit. Tunc additum salutationi Angelicæ. *S. Maria Mater Dei &c.*

*Concil. IV. Chalcedon.* *Chalcedonense* Patrum 630. à *Leone I.* indictum Anno 551. procurante *Marciano* Imperatore contra *Eutychetem* & Dioscorum, qui unam tantum in Christo naturam asserebant.

*Concil. V. Constantinop* *Constantinopolitanum II.* Patrum 255. à *Vigilio* Papa indictum sub Justiniano Imperatore contra *Origenistas*, & Personam *Theodori Mopsvesteni*, Epistolam *Ibæ* Episcopi Edesseni, & scripta *Theodoreti* Cyrensis Antistitis contra S. Cyrillum, in quibus hæresis Nestoriana continebatur.

*Concil. VI. Constantinop* *Constantinopolitanum III.* Patrum 289. Authoritate *Agathonis* Papæ, sub *Constantino Pogonato* convocatum Anno 680. contra *Monothelitas*, asserentes in Christo unam tantùm esse voluntatem.

*Concil. VII. Nicænum II.* *Nicænum II.* Patrum 350. ab *Hadriano I.* Papa, sub *Constantino* Imp. & *Irene* Anno 787. indictum contra *Iconoclastas*, in quo decretus cultus Sacrarum Imaginum.

*Concil. VIII. Constantinop* *Constantinopolitanum VI.* Patrum 373. ab *Hadriano II.* sub *Basilio Imp.* convocatum Anno 869. contra *Photium* intrusum, cujus acta combusta.

*Concil. IX. Lateranense.* *Lateranense I.* Patrum ferè mille unà cum Abbatibus, à *Callisto II.* convocatum Anno 1122. ad confirmanda Conventus Wormatiensis concordata inter *Callistum* & *Henricum V.* circa Beneficiorum collationem, & ad procuranda subsidia pro expeditione in terram sanctam.

*Concil. X. Lateranense.* *Lateranense II.* Patrum ferè mille ab *Innocentio II.* celebratum in Basilica Lateranensi An. 1139. contra Antipapas, & Schismaticos fautores *Petri Leonis*, *de Bruis*, *Arnaldi* Brixiensis & alios.

*Concil. XI. Lateranense.* *Lateranense III.* Patrum plus quam 300. ab *Alexandro III.* convocatum Anno 1179. contra *Waldenses* & Albigenses hæreticos.

*Concil. XII. Lateranense,* *Lateranense IV.* Patrum 1285. ab *Innocentio III.* celebratum Anno 1215. rursus contra *Albigenses*. Fuerunt in

eo

eo *Pontifex* ipse, duo Patriarchæ *Constantinopolitanus* & *Hierosolymitanus*, *Legati* Patriarcharum *Antiocheni* & *Alexandrini*, *Archi Episcopi* 70. Episcopi 400. Abbates 12. Priores 800. cum utriusque Imperii Orientalis & Occidentalis, Regumque Palæstinæ, *Franciæ*, *Hispaniæ*, *Angliæ*, *Hungariæ*, *Siciliæ*, *Cypri*, aliorumque Principum & civitatum Legatis, simulque decisa in eo *Transubstantiatio Eucharistica*.

*Lugdunense I.* Patrum 140. ab *Innocentio IV.* convocatum Anno 1245. contra *Fridericum* Imperatorem deponendum, & pro recuperanda terra sancta, cujus expeditioni præfectus est *S. Ludovicus* Rex Galliæ. In hoc Concilio Cardinales acceperunt *Pileum Rubrum*. *Concil. XIII. Lugdunense.*

*Lugdunense II.* Episcoporum 560. Cardinalium 15. Abbatum & Priorum 1500. à Gregorio X. convocatum An. 1274. pro bello sacro & unione Græcorum. Præsentibus Legatis Imperatoris *Palæologi*, Patriarchæ *Constantinopolitani*, & *Tartarorum*, qui tandem consenserunt Processioni Spiritus S. ex Patre Filioque, ac Primatui Romani Pontificis. *Concil. XIV. Lugdunense.*

*Viennense* in Gallia Episcoporum 300. à *Clemente V.* indictum Anno 1311, ad damnandos errores *Beguardorum* & *Beguinarum* similes erroribus *Quietistarum* nostri temporis, & ad extinguendum ordinem *Templariorum*. *Concil. XV. Viennense.*

*Florentinum*, ab Eugenio IV. absolutum Anno 1439. contra errores Græcorum, in quo stabilita acta Concilii Lugdunensis II. *Concil. XVI. Florentinum.*

*Lateranense V.* Patrum 114. à *Leone X.* absolutum An. 1512. contra conciliabulum *Pisanum*, ac contra Turcas, & pro reformatione Disciplinæ Ecclesiasticæ. *Conc. XVII. Lateranense.*

*Tridentinum* Indictum à *Paulo III.* & à *Pio IV.* absolutum An. 1563. contra hæreses novas & antiquas. Atque hæc sunt concilia Oecumenica plenè approbata, qui plura cupit partim probata partim reprobata consulat Ricciolum in Chronologia. *Conc. XVIII. Tridentinum*

§. XI.

## §. XI.
# REGIMEN ECCLESIASTICUM ROMANI PONTIFICIS.

*Præter Concilia Generalia. Sunt NationaliaProvincialia. Diœcesana Extraordinaria. Ordinaria Domestica.*

*Papa* in suo regimine præter dicta *Concilia Generalia*, utitur etiam Particularibus. 1. *Nationalibus*, quæ à *Patriarchis* & *Primatibus* convocantur ex omnibus Metropolitis. 2. *Provincialibus* quæ ab *Archi-Episcopis* congregantur ex *Episcopis* aliisque *Prælatis*. 3. *Diœcesanis*, quæ ab Episcopo in sua Diœcesi ex *Clero* suo colliguntur. 4. Conciliis ordinariis, rectiùs Consiliis quasi Domesticis, quæ Romæ infacie Pontificis fiunt & constant ex Cardinalibus, Prælatis, aliisque viris Ecclesiasticis, à quibus discutiuntur causæ Ecclesiasticæ ex toto orbe Christiano eò delatæ, secundum jura legesque Canonicas, vocanturque *Congregationes ordinariæ*.

*Congregatio de Propaganda.*

*I. Congregatio de propaganda Fide* cujus Author habetur *Gregorius XV. Urbanus VIII.* amplificator: administratur hæc Congregatio ab aliquot Cardinalibus, quibus assistunt insignes ordinum regularium Theologi & concionatores; educantur verò in ejusdem *Seminario* ad quinquaginta propè variarum nationum Alumni, ex quibus deliguntur sacerdotes & Episcopi probè instructi & exercitati, ut Christianam Religionem per universum orbem disseminent operarii Apostolici.

*Ejusdem Seminarium.*

*Sacra Inquisitio.*

*II. Congregatio S. Officii*, sive *S. Inquisitionis* primitùs instituta occasione hæresis *Albigensium* & tunc à Pontifice *S. Dominico* & passim ejusdem ordinis Religiosis commissa, vigetque in majoribus *Italiæ*, *Siciliæ*, *Hispaniæ*, & *Lusitaniæ* potissimùm urbibus, ubi severissimus est ejus processus. Jamque illatum est hoc sacrum tribunal in utrasque *Indias*, cumprimis *Goæ*, in Asia, *Mexici*, *Limæ*. *Carthagenæ*, *S. Salvatoris* in America. *Romanæ Inquisitioni* jussu

*In Italia Hispania. Lusitania in Indiis.*

Pauli III. & IV. assident 12. Cardinales, & plures Prælati ac Theologi Religiosi tanquam Consiliarii in rebus fidei prospiciendis.

III. Congregatio Rituum Ecclesiasticorum, circa *Cæremonias, Officium Divinum, Canonizationem*, cultumque sanctorum & similium. Cui præsident aliquot Cardinales semel singulis mensibus. *Congregatio Rituum.*

IV. *Congregatio Interpres Concilii Tridentini*, post illud instituta ad decidendos casus & difficultates post Concilium exortas. Constat ex aliquot Cardinalibus, aliisque Prælatis, & variorum ordinum Theologis, & Juris Ecclesiastici peritis. *Congregatio Interpres.*

V. *Congregatio Episcoporum & Regularium*; causis videlicet Episcoporum & Regularium decidendis occupata. *Episcoporum Regularium.*

VI. *Congregatio Indicis librorum prohibitorum*, quæ suspendit, vel prohibet, vel corrigit libros hac nota dignos. *Librorum Prohibitorum.*

VII. *Congregatio immunitatis Ecclesiasticæ*, quæ controversias hâc super re occurrentes dirimit, aut ad Pontificem refert, ab *Urbano VIII.* instituta. *Immunitatis Ecclesiasticæ.*

Omitto alias, quæ minùs faciunt ad rem præsentem, easque quæ pro temporum necessitate, & rerum variarum occurrentium non sunt perpetuæ. *Aliæ temporariæ.*

## §. XII.

## REGIMEN ECCLESIASTICUM PER OFFICIALES PONTIFICIOS PRIMI ORDINIS.

*I. Vicarius Generalis*, qui obtinet Jurisdictionem spiritualem in omnes *Sacerdotes & Religiosos*: in omnes *Confraternitates, Hospitalia, loca* Pietatis, & *Hebræos.* *Vicarius Generalis.*

*II. Supremus Pœnitentiarius*, qui habet Potestatem absolvendi à *Casibus* Papæ *reservatis*, quam etiam potest tribuere aliis Confessariis approbatis, & hic est Cardinalis. *Supremus Pænitentiarius.*

*III. Cancellarius*, sive *Secretarius Status Pontificii*, idemque *Cancellarius Status.*

que Cardinalis, qui expedit literas Apostolicas, eique subserviunt unus *Regens*, & complures *Abbreviatores*, vulgo di Parco Maggiore & minore.

*Cameræ Director.* IV. *Supremus Cameræ Apostolicæ Director*, & *Camerlingus*, Cardinalis, cum suis substitutis, & Thesaurario.

*Præfectus Signaturæ.* V. *Præfectus Signaturæ* Justitiæ, idemque Cardinalis.

*Militiæ Munitionum.* VI. *Generalis supremus Militiæ* & munitionum Pontificiarum Præfectus.

*Legati ordinarii.* *Nuntii* & *legati Apostolici* ordinarii.

*Nuntius* ad *Imperatorem* Romanum.

Ad Regem *Hispaniarum*.

Ad Regem *Lusitaniæ*.

Ad Regem *Galliæ*.

Ad Regem *Poloniæ*.

Ad Tractum *Rheni* Inf.

Ad Rempublicam *Venetam*.

Ad Cantones Cath. *Helvetiæ*.

## *Extraordinarii.*

*Legati extraordinarii.* Quos Papa solet in quascunque orbis partes submittere, ubi Reipublicæ Christianæ utilitas, & præcipuè Religionis conservandæ ac propagandæ necessitas id exigit.

## §. XIII.

## REGIMEN ECCL. PER OFFICIALES AULÆ PONTIFICIÆ SECUNDI ORDINIS.

*Magistri Cæremon.* I. Quatuor *Magistri Cæremoniarum*, quibus incumbit cura Sacrarum Ecclesiæ Cæremoniarum & consuetudinum Aulicarum.

*Magister S. Palatii.* II. *Magister Sacri Palatii* ex ordine Prædicatorum Religiosus librorum Censor, & moratur in Palatio cum duobus Sociis ex eodem ordine.

III. *Sa-*

III. *Sacrista Papæ* qui curam habet *capellæ Pontificiæ.* Est Episcopus & ex Ordine *Eremitarum S. Augustini.* *Capellæ Præfectus.*

IV. *Secretarius Papæ,* qui est Cardinalis. *Secretarius Papæ.*

V. *Secretarii Brevium* 24. Brevia Apostolica expediunt. *Secretarii Brevium*

VI. *Aulæ Pontificiæ Præfectus* vulgo maggior Domo. *Aulæ Præfectus.*

VII. *Generalis Custodiæ Corporis* Pontificis, quæ constat ex 2. Cohortibus Equitum levis armaturæ. *Generalis Custodiæ.*

VIII. *Datarii Officiales Aulæ,* ad quorum manus deveniunt omnes *Libelli supplices* pro Beneficiis, quorum proventus non excedunt 24. Ducatos, quibus Datarii possunt subscribere, & expedire absque eo, quod ad Pontificem referant: at majoris momenti *Beneficia, Canonicatus* aliæque dignitates deferendæ sunt ad Papam, quibus ipse subscribi curat hæc verba: *Datum Romæ &c.* unde & natus est *Datariæ Titulus.* Cui si *Cardinalis* præsit appellatur *Protodatarius,* eidemque subsunt plures *subdatarii,* duo *Revisores,* & unus *Minorum Datorum,* per cujus manus transeunt omnes illi *libelli supplices,* qui ad calcem gerunt hæc verba: *Data minora.* *Datarii Minorum B.* *Protodatarius Majorum B.*

IX. *Protonotarii Apostolici,* qui possunt legitimare spurios, creare Theologiæ & utriusque Juris Doctores, ac in celebratione missæ uti *Mitra & Habitu Episcopali.* Sunt autem 12. Protonotarii *Participantes,* qui est Titulus honoris in Aula Pontificia cum multis annexis Privilegiis, Reliqui Protonotarii *non Participantes* minoris sunt dignitatis & numeri incerti. *Protonotarii Apostolici.* *Participantes non Participantes.*

X. *Auditores Rotæ,* qui judicant de quavis materia Ecclesiastica & prophana. Sunt illorum 12. iidemque *Prælati* cum suo *Decano*: atque ex iis tres sunt *Romani,* unus *Florentinus,* unus *Mediolanensis,* unus *Bononiensis,* unus *Ferrariensis,* unus *Venetus,* unus *Gallus,* unus *Germanus,* & duo *Hispani.* *Auditores Rotæ.* *Ex diversis Nationibus.*

# CAPUT III.

# Modernus Ecclesiæ Christi Status in toto orbe Terrarum.

*Ecclesia in quatuor.*

HActenus de Ecclesia *Romana Romæ* dictum est, quænam ejus primordia, successus, obstacula, adversa, persecutiones, schismata, hæreses; nunc quomodo hæc ipsa Ecclesia, tot tempestatibus exagitata, creverit, & in totum orbem diffusa sit dicemus, ac quis modernus *Romanæ Ecclesiæ* Status in 4. orbis partibus, *Europa*, *Asia*, *Africa* & *America*.

*Orbis partibus.*

## §. I.

## MODERNA CHRISTI ECCLESIA IN EUROPA.

*Ecclesia Europaea.*

*Europa* licet cæteris orbis terreni partibus sit minor, major tamen est humanitate, bonis moribus & artibus, præcipuè verò Christianis legibus magis exculta, & identidem per idoneos *Romani Pontificis* è propinquo Ministros expeditas suppetias, ac in rebus dubiis promptam directionem accipit. Nihilominùs tamen & ipsa in suis partibus hodiedum inter se dissidet, præter *Mahometanos* & *Hebræos* cæteri Europæ habitatores omnes ferè sunt Christiani, attamen & isti in 4. Classes divisi.

*Tota ferè Christiana.*

*4. Classes Christianorum.*

*In Prima* sunt Christiani Romano - Catholici.
*In secunda* Græci Schismatici
*In Tertia* Lutherani August. Confession.
*In Quarta* Calvinistæ Reformati.

Omnes Hi *Christum* fatentur humani Generis *Redemptorem*: omnes pro aliqua vitæ rectè instituendæ Regula tenent

tenent *Sacras Literas*, & *Christi Evangelium*, ſed non omnes unam ejusdem interpretationem habent. *Catholici* ſtant S. Petri ejusque ſucceſſorum Pontificum judicio ac definitione. *Græci* ut plurimùm inhærent ſenſui ſuorum Patriarcharum. *Cæterorum* unusquisque pro ſuo arbitratu ſacram ſcripturam exponit; antiquiores verò Sectas & Schismata ipſum denique tempus, & vetuſtas conſumpſit. Si qui autem *Fanatici* & *Phantaſtæ* proprii Critirii hinc inde adhuc ſuperſunt, præſertim in *Anglia* & *Hollandia* tanti nominis aut valoris non ſunt, ut peculiarem Chriſtianorum claſſem mereantur. *Reliqua fœx Fanatici.*

## §. II.

# CATALOGUS
## PROVINCIARUM EUROPÆARUM,
## In quibus 4. Chriſtianorum Claſſes publica ſuæ Religionis habent Exercitia.

### I.

### *Provinciæ Europæ ubi ſola exercetur publicè Religio Romano-Catholica.*

*Italia* tota cum regno Neapolis, Regno Siciliæ; Regno Sardiniæ, Inſula Corſica, Melita, aliisque minoribus Italiæ adjacentibus. *Regna & Provinciæ*

*Portugallia* Regnum.

*Hiſpania* Regnum cum Inſulis Balearicis.

*Gallia* Regnum, cum Inſulis Galliæ ſubjectis.

*Bohemia* Regnum cum Moravia.

*Auſtria* Archi-Ducatus cum Provinciis Hæreditariis: Styria, Carinthia, Carniola, Croatia, Tyroli, Brisgoja, aliisque minoribus Dominio Auſtriaco annexis. *Ex toto Catholicæ*

*Bavaria* Ducatus Superior & Inferior.

*Palatinatus* Superior.
*Principatus* Berchtesgadensis.
*Ducatus* Neoburgicus.
Archi- & Episcopatus verè Catholici
*Electoratus* Moguntinus.
*Electoratus* Trevirensis.
*Electoratus* Coloniensis.
*Archi-Episcopatus* Salisburgensis.
*Episcopatus* Bambergensis.
*Episcopatus* Wirceburgensis.
*Episcopatus* Leodiensis.
Aliique plures, de quibus infra.

## II.
## *Provinciæ Europæ ubi simul publicè exercentur Catholica & Augustanæ Confessionis.*

Partim Catholicæ

In *Franconia* secundùm varia variorum Principum Dominia.
In *Suevia* utraque Alemannica & Wirtembergica.
In *Alsatia* Superiori & Inferiori.
In *Westphalia*, etiam Ducali.
In *Silesia* secundùm varios Ducatus & Principatus.
In *Thuringia* & Principatus Fuldensis confiniis.
In *Prussia* Polonica, & Brandenburgica.
In *Livonia* Polonica, Suecica, Moscovitica.

## III.
## *Provinciæ Europæ ubi simul exercentur Religio Catholica & Reformatorum.*

Partim Catholicæ

In *Helvetia*, ejusque fœderatis territoriis.
In *Rhætia* & locis vicinis.
In *Sabaudia* versùs Genevam.
In *Julia*, *Clivia*, & *Montium* Ducatibus.
In *Marcha* Comitatu.

IV. *Pro-*

## IV.

## *Provinciæ Europæ ubi simul publicè exercentur Religio Catholica, Lutheranismus & Græcum Schisma.*

In *Regno Poloniæ.*
In *Lithuania* Ducatu.
In Hungaria utraque Superiore & Inferiore.
In *Transylvania.*
In *Russia* Rubra.
In *Ukrania.*
In *Walachiæ.*
In *Moldavia.*

*Partim Catholicæ*

## V.

## *Provinciæ Europæ ubi simul publicè exercentur Religio Catholica & Græcum Schisma.*

*In Sclavonia.*
*In Dalmatia.*
In *Moreæ* sive Chersoneso.
In *Epiro.*
In Insulis *Corcyra*, sive Corsu, *Cephalonia*, *Zazyntho*, S. Maura, aliisque minoribus Juris Veneti.

*Partim Catholicæ*
*partim Schismaticæ*

## VI.

## *Provinciæ Europæ ubi simul publicè exercentur Religio Catholica, Græcum Schisma, & Mahometismus.*

In *Bosnia.*
In *Bulgaria.*
In *Servia* & *Mœsia.*
In *Romania* sive Thracia.
In Ducatu S. *Sabæ.*
In Insulis *Archipelagi: Milo, Scio, Nicsia, Scanderona,* aliisque minoribus.

*Partim Catholicæ,*
*Schismaticæ*
*Mahometicæ*

VII.

VII.

*Provinciæ Europæ ubi solus publicè exercetur Lutheranismus sive Confession. August.*

*Solæ Lutheranæ Confess. August.*

*In Regno Daniæ.*
In Ducatu *Holsatiæ.*
In *Regno Norwegiæ.*
In *Regno Sueciæ.*
In *Frisia* Orientali.
In *Hassia* Darmstadiana.
In *Saxonia* Superiore & Inferiore.

VIII.

*Provinciæ Europæ ubi solus publicè exercetur Calvinismus sive Reformatorum.*

*Solæ Reformatæ.*

In *Hassia* Cassellana.
In Principatu *Anhaltino.*

IX.

*Provinciæ Europæ ubi simul publicè exercentur Religiones præcedentes.*

In *Marchia* Brandenburgica.
In *Palatinatu* Inferiore.
In Principatibus *Nassoviæ.*
In *Pomerania* utraque *Suecica* & *Brandeburgica.*

X.

*Provinciæ Europæ ubi simul publicè exercentur Græcum Schisma & Mahometismus.*

*partim Schismaticæ partim Mahometicæ*

In *Macedonia.*
In *Thessalia* & *Achaja.*
In *Tartaria* Minore Precopensi.
In multis Insulis Archipelagi.

XI. *Pro-*

## XI.

## *Provinciæ Europæ ubi simul publicè exercentur Religiones præcedentes.*

In *Moscovia.*
In Alba *Russia.*
In Russia *Tartarica.*

*& Schismaticæ*

## XII.

## *Provinciæ Europæ ubi simul publicè exercentur Sectæ Anglicanæ Hierarchistarum & Presbyterianorum.*

In *Anglia.*
In *Scotia.*
In *Hibernia.*
In *Hollandia.*
In *Seelandia.*
In *Frisia* Occidentali.

*Sectæ Anglicanæ.*

## *Hebræi passim habent in Europa Synagogas præterquam.*

In Hispania, Gallia, Austria, Bavaria, Palatinatu Superiore, Belgio Regio, Helvetia.

*Hebraismus disseminatus*

## §. III.

## REGIMEN ECCLESIASTICUM IN ITALIA.

*Papa* ut *Episcopus Urbis Romanæ* præest Ecclesiis, easque regit & administrat per *Cardinales*, quorum singuli habent suas Ecclesias:

*Romanus Episcopus*

I. Est *Basilica Constantiniana* sive S. *Salvatoris.*
II. *Basilica* S. *Mariæ* Majoris.

*Præest 7. Ecclesiis*

III *Basilica* S. *Petri* Apostoli.
IV. *Basilica* S. *Pauli* Apostoli.
V. *Basilica* S. *Laurentii* extra.
VI. *Basilica* S. *Sebastiani* ad Catacumb.
VII. *Basilica* S *Crucis* in Jerusalem.

## Papa ut Metropolita præest Provinciis.

*Metropolitæ Provinciis Italiæ.*

*Marchiæ Anconitanæ.*
*Latio* veteri ac novo.
*Tusciæ* sive Hetruriæ.
*Campaniæ* sive Romandiolæ.
*Umbriæ* sive L. Ombria.
*Agro Sabino*, sive La Sabina.
*Ducatui* Castrensi, sive di Castro.
*Agro Bononiensi*, sive Il Bolognese.
*Ducatui Urbino*, d'Urbinas.
*Agro Perusino* & *Urbevetano*.
Ducatui *Ferrariensi*, & *Beneventano*.
*Provinciæ Patrimonii* S. *Petri*.

*Papa*, ut *Primas* præest

Omnibus Italiæ Provinciis, earumque *Metropolitis* & *Archi-Episcopis*.

## *In Illyrico.*

*Papa Primas Archi-Episcoporum Illyricorum*

*Archi-Episcopo Antibarensi*, sive d' Antivari cum Episcopis 13.

*Archi-Episcopo Dinchiensi*, sive di Durazzo, cum Episcopis 4.

*Archi Episcopo Jadrensi*, sive di Zara cum Episcopis 4.

*Archi-Episcopo Ragusino*, sive di Ragusi, cum Episc. 7.

*Archi-Episcopo Spalatrensi*, sive di Spalatro, cum Episcopis 11.

*Archi-Episcopo Scupiensi*, sive Ussub, in Servia sub Præfecto Turcico cum Episcopis 4.

*Archi-Episcopo Sardicensi*, nunc *Sophia* sub Sangiaco Turcico, cum Episcopis 4.

*Archi-*

*Archi-Episcopo Nicopolitano*, sive Nigeboli, sub Præfecto Turcico.

## *In Dominio Veneto.*

*Patriarchæ Veneto*, cum Episcopis 19. *Patriarchæ Venet.*

## *In Pedemontio.*

*Archi-Episcopo Taurinensi*, sive di Torino, cum Episcopis 3. *Archi-Episcopatuum Taurinensis & Mediolanensis*

## *In Statu Mediolanensi.*

*Archi-Episcopo Mediolanensi*, sive di Milano, cum Episcopis 15.

## *In Ducatu Urbinatensi.*

*Archi-Episcopo Urbinatensi*, cum Episcopis 6. *Archi-Episcopatuum Urbini & Romandiolæ*

## *In Romandiola.*

*Archi-Episcopo Ravennatensi*, Card. Legato Pontif. cum Episcopis 12.

*Archi-Episcopo Bononiensi*, Card. Legato Pontificio, cum Episcopis 6.

## *In Hetruria.*

*Archi-Episcopo Pisano*, cum Episcopis 3. *Hetruriæ*

*Archi-Episcopo Florentino*, cum Episcopis 6.

*Archi-Episcopo Senensi*, cum Episcopis 6.

## *In Liguria.*

*Archi-Episcopo Genuensi*, di Genova, cum Episcopis 3. *Liguriæ*

## *In Regno Neapolitano.*

*Archi-Episcopo, di Napoli*, cum Episcopis 5. *Regni Neapolis*

*Archi-Episcopo Capuano*, di Capoa, cum Episcopis 9.

*Archi-Episcopo Salernitano*, cum Episcopis 9.

*Archi-Episcopo Amalphitano*, cum Episcopis 5.

*Papa Primas.* *Archi-Episcopo Surrentino*, cum Episcopis 3.
*Archi-Episcopo Beneventano*, cum Episcopis 20.
*Archi-Episcopo Lancianensi*, cum Episcopis 10.
*Archi-Episcopo Theatino*, cum Episcopis 10.
*Archi-Episcopatuum Regni Neapolis* *Archi-Episcopo Compsano*, di Conza, cum Episcopis 6.
*Archi-Episcopo Acherontano* & *Materanensi* cum Episcopis 6.
*Archi-Episcopo Tarentino*, cum Episcopis 3.
*Archi-Episcopo Brundusino*, cum Episcopis 3.
*Archi-Episcopo Hidruntino*, cum Episcopis 5.
*Archi-Episcopo Barensi*, cum Episcopis 10.
*Archi-Episcopo Tranensi*, cum Episcopis 3.
*Archi-Episcopo Sipontino* di Manfredonia, cum Episcopis 2.
*Archi-Episcopo Nazareno*, cum Episcopo uno.
*Archi-Episcopo Rhegiensi*, cum Episcopis 9.
*Archi-Episcopo Consentino*, cum Episcopis 4.
*Archi-Episcopo Severinensi*, cum Episcopis 5.
*Archi-Episcopo Rosanensi*, cum Episc. 1.

## *In Insula Sicilia.*

*Archi-Episcopatuum Insulæ Siciliæ* *Archi-Episcopo Panormitano*, cum Episcopis 3.
*Archi-Episcopo Montis Regalis*, cum Episcopis 2.
*Archi-Episcopo Messanensi*, cum Episcopis 3.

## *In Insula Sardinia.*

*Sardiniæ* *Archi-Episcopo Turritano*, cum Episcopis 3.
*Archi-Episcopo Arborensi*, cum Episcopo uno.
*Archi-Episcopo Calaritano*, cum Episcopis 2.

## *In Insula Corsica.*

*Corsicæ* *Archi-Episcopo Bastiensi*, cum Episcopis 2.

His omnibus inquam *Metropolitis*, *Archi-Episcopis*, & *Episcopis* totius Italiæ, & adjacentium Insularum, tanquam *Primas* summa authoritate præest Romanus Pontifex; ut *Patriarcha* reliquis Europæ Provinciis.

§. IV

## §. IV.
# REGIMEN ECCLESIASTICUM IN HISPANIA ET LUSITANIA.

Depulsis tandem ex Hispania Mauris & Judæis per *Ferdinandum* III. Catholicum Anno 1492. & sanctum *Inquisitionis* officium, reflorere in fide cepit Hispania, & sequentes Archi-Episcopatus reviviscere. *Ecclesia Hispanica à Ferdinando reparata*

*Primas & Metropolitanus* Archi-Episcopus *Toletanus* di Toledo, cum Episcopis 9.

*Archi-Episcopus Tarraconensis*, de Tarragona, cum Episcopis 8. *Primas cum Archi-Episcopis.*

*Archi-Episcopus Cæsaraugustanus* de Saragoza cum Episcopis 6.

*Archi-Episcopus Hispalensis*, de Sevillha, cum Episcopis 3.

*Archi-Episcopus Compostellanus*, de S. *Jago*, cum Episcopis 13.

*Archi-Episcopus Valentinus*, de Valenza, cum Episcopis 3.

*Archi-Episcopus Granatensis*, de Granada, cum Episc. 2.

*Archi-Episcopus Burgensis*, de Burgos, cum Episc. 3.

## *Regimen Ecclesiasticum in Lusitania.*

*Primas & Archi-Episc. Bracarensis* de Braga, cum Episcopis 4. *Ecclesia Lusitania.*

*Archi-Episcopus Ulyssiponensis* de Lisabonâ, cum Episcopis 7.

*Archi-Episcopus Eborensis*, d' Evora, cum Episcopis 3.



# §. V.
# REGIMEN ECCLESIASTICUM IN GALLIA.

*Ecclesia Gallicana.* *à Ludovicis restituta.*

Hæresi Albigensium à *Ludovico VIII.* Anno 1228. extincta, ac perdomitis priore sæculo *Hugonotarum* seditionibus per Ludovicum XIII. & XIV. uti religio Catholica, ita etiam sequentes Archi-Episcopatus, ordine Alphabetico positi, novis incrementis refloruerunt.

*Archi-Episcopus Albensis*, d' Alby, cum Episcopis 5.

*Primates Archi Episc.*

*Archi-Episcopus Aquensis*, d' Aix, cum Episcopis 5.

*Archi-Episcopus Arelatensis*, d' Arles, *Primas* & Princeps *Salonensis* & *Montedraconensis* cum Episcopis 4.

*Archi-Episcopus Avenionensis* d' Avignon J. P. cum Episcopis 3.

*Archi-Episcopus Auxitanus* d' Aux cum Episcopis 10.

*Archi-Episcopus Besuntinus* de Besancon, cum Episcopis 3.

*Primates Galliæ.*

*Archi-Episcopus Bituricensis* de Bourges *Primas Aquitaniæ*, cum Episcopis 5.

*Archi-Episcopus Burdegalensis* de Bourdeaux, *Primas Aquitaniæ* cum Episcopis 9.

*Archi-Episcopus Ebredunensis* d' Ambrun cum Episcopis 6.

*Archi Episcopus Lugdunensis*, de Lyon *Primas Galliæ*, cum Episcopis 4.

*Archi-Episcopus Narbonensis* de Narbon *Primas Languedociæ* cum Episcopis 10.

*ArchicEpisc. & Episcopi*

*Archi-Episcopus Parisiensis*, de Paris, Par *Franciæ* cum Episcopis 3.

*Archi Episcopus Rhemensis*, de Reims *Primas Gallo-Belgii*, cum Episcopis 8.

*Archi-Episcopus Rothomagensis*, de Röuen *Primas Normandiæ*, cum Episcopis 6.

*Archi-*

*Archi-Episcopus Senonensis*, de Sens, *Primas Galliæ*, cum Episcopis 3.

*Archi-Episcopus Tarantasiensis*, de Tarantais Sabaudiæ, cum Episcopis 2.

*Archi-Episcopus Tolosanus* cum Episcopis 7.

*Archi-Episcopus Turonensis* Tours cum Episc. 11.

*Archi-Episcopus Viennensis*, *Primas* de Vienne cum Episcopis 5.

## §. VI.

## REGIMEN ECCLESIASTICUM IN GERMANIA.

*Germaniam* quidem *Carolus M.* novis Episcopatibus fundatis auxerat circa annum 800. sed multis Sæculo 16. Sæcularizatis, quos hic inter Orthodoxos Asterismo notare libuit, ut videatur quinam Episcopatus Catholici manserint, quinam non, & per Pacem monasteriensem Anno 1648. veræ Ecclesiæ Romanæ abstracti sint. *Ecclesia Germanica.* *à Pace Westphalica.*

### I.

*Archi-Episcopus Moguntinus* S. R. I. Elector, per Germaniam Archi-Cancellarius, cum Episcopis 12. *Archi-Episc. Moguntini.*

*Episcopus Argentoratensis* zu Strasburg in Alsatia inferiore, Princeps Imperii.

*Episcopus Augustanus*, zu Augspurg in Suevia, Princeps Imperii *Episcopi Suffraganei.*

*Episcopus Constantiensis* zu Constanz in Suevia Princ. Imperii

*Episcopus Curiensis* zu Chur, in Rhætia, Princ. Imp.

*Episcopus Eustettensis* zu Aichstet in Franconia Princeps Imperii.

* Episcopus Halberstadiensis in Saxonia Inferiore Princ. Imp. nunc Juris Brandeburgici.

*Epis-*

*Archi-Episc. Moguntini.*

*Episcopi Suffraganei.*

*Episcopus Herbipolensis* zu Würtzburg in Franconia Princeps Imp. & Dux Franciæ Orientalis.

*Episcopus Hildesiensis*, zu Hildesheim in Saxonia Inferiore Princ. Imperii.

*Episcopus Paderbornensis* in Westphalia, Princeps Imp.

*Episcopus Spirensis*, zu Speir in Palatinatu Inf. Princ. Imperii.

* Episcopus Verdensis in Saxonia Inf. Princ. Imp. nunc Juris Hanoverani.

*Episcopus Wormatiensis* zu Worms in Palatinatu Inf. Princ. Imp.

II.

*Archi-Episc. Trevirensis.*

*Episcopi Suffraganei.*

*Archi-Episcopus Trevirensis* S. R. I. Elector & Archi-Cancellarius per Galliam.

*Episcopus Metensis* zu Metz in Lotharingia, nunc Juris Gallici.

*Episcopus Tullensis*, zu Toul in Lotharingia, nunc Juris Gallici.

*Episcopus Virdunensis*, zu Verdun in Lotharingia, nunc Juris Gallici.

III.

*Archi-Episc. Coloniensis.*

*Episcopi Suffraganei*

*Archi-Episcopus* Coloniensis S. R. I. Elector & Archi-Cancellarius per Italiam.

*Episcopus Leodiensis*, zu Luyck in Belgio, Princeps Imperii.

*Episcopus Monasteriensis* zu Münster in Westph. Princ. Imperii.

* Episcopus Mindensis, zu Münden in Westphalia Princ. Imperii.

* Episcopus Osnabrugensis, zu Osnabrugg in Westph. Princeps Imp. Alternans nunc Catholicus, nunc Acatholicus.

IV.

*Archi-Episc. Magdeburg.*

* *Archi-Episcopus Magdeburgicus*, In Saxonia inf. olim *Primas* Imp. nunc Juris Brandeburgici.

Epi-

* Episcopus Misniensis, zu Meissen in Saxonia Sup. Prin. Imp. nunc Juris Saxonici. *Archi-Episc. Magdeburg.*

* *Episcopus Merseburgensis*, in Saxonia Sup. Princ. Imp.

* *Episcopus Naumburgensis*, in Saxonia Sup. Princ. Imp. *EpiscopiSuffraganei.*

* *Episcopus Brandenburgensis*, in Marchia Brandeburg. Princ. Imp.

* *Episcopus Havelbergensis*, in Marchia Brandenburgica.

## V.

* *Archi-Episcopus Bremensis*, in Saxonia Inferiore, nunc subest Duci Hanoverano. *Archi Episc. Bremensis.*

* *Episcopus Lübeccensis*, zu Lübeck in Holsatia.

* *Episcopus Razenburgensis*, in Ducatu Mecklenburgico. *EpiscopiSuffraganei.*

* *Episcopus Suerinensis*, in Ducatu Mecklenburgico.

## VI.

*Archi-Episcopus Salisburgensis*, zu Saltzburg in Bavaria Alpestri nunc *Primas* & Princ. Imperii. *Archi Episc. Salisburgensis.*

*Episcopus Brixiensis*, zu Brixen in Tyroli Princ. Imp.

*Episcopus Chiemensis*, zu Chiemsee in Bavaria.

*Episcopus Frisingensis*, zu Freysingen in Bavaria Princeps Imperii.

*Episcopus Gurzensis*, zu Gurck in Carinthia. *EpiscopiSuffraganei.*

*Episcopus Lavantinus*, zu Lavant in Carinthia.

*Episcopus Ratisbonensis*, zu Regensburg in Bavaria Princeps Imperii.

*Episcopus Viennensis*, zu Wien nunc *Archi-Episcopus*, in Austria. *Archi-Episc. Viennensis.*

Episcopus Neostadiensis. *EpiscopiSuffraganei.*

Episcopus Passaviensis.

## VII.

Arch*i-Episcopus* Pr*agensis*, in Bohemia. *Episcopatus Pragensis.*

*Episcopus Olomucensis*, zu Olmüz in Moravia, Princeps Imperii.

*EpiscopiSuffraganei.* *Episcopus Litomerizensis*, zu Leutmeriz, in Bohemia.

*Episcopus Regino-Rhadicensis* zu Königsgräz, in Bohemia.

VIII.

*Archi-Episc. Rigensis.* * *Archi*-*Episcopus Rigensis*, zu Rigen in Livonia.

*EpiscopiSuffraganei.* * *Episcopus Revaliensis*, zu Revel, in Livonia.

* *Episcopus Torpatensis*, zu Derpt, in Livonia.

* *Episcopus Habsalensis*, zu Hapsal, in Livonia.

* *Episcopus Ossiliensis*, in Insula Ossilia, Oesel.

IX.

*Archi-Episc. Gnesnensis.* *Archi*-*Episcopus Gnesnensis*, quidem est in *Polonia*, sed ejus Suffraganei sunt in *Germania*.

*Episcopi Germanici.* *Episcopatus Warmiensis*, & *Sambiensis*, vereinigte Bisthum Warmeland und Samland, in Prussia Polonica.

*Episcopatus Culmensis* & *Pomesanus* uniti in Prussia Polonica.

*Episcopatus Lubusiensis*, zu Lebus, in Marchia Brandenburgica.

*Episcopatus Caminensis*, zu Camin, in Pomerania Brandenburgica.

*Episcopus Uratislaviensis*, zu Breslau, in Silesia.

Omitto hìc *Abbatias* & *Præposituras* Germaniæ Principales, jam recensitas in Geographia Politica.

## §. VII.
## REGIMEN ECCLESIASTICUM IN BELGIO.

*Provinciæ Belgicæ.* Belgium Hispanicum à Rebellione *Geusiorum* An. 1566. multis post annis turbatum, primò quidem aliquot annorum armistitio, deinde verò etiam perenni pace ad quietem reductum, sequentem *Religionis* formam reliquit: *Decem Catholicæ.* *Catholica* mansit *Hannonia*, *Artesia*, Ducatus *Namurcensis*, *Lux*-

*Luxenburgensis, Limburgensis, Antwerpiensis, Mechliniensis.* Pars potissima *Flandriæ, Brabantiæ, & Geldriæ.*

Reliqua autem pars *Belgii* cessit *Fœderatis*: scil. Inferior *Geldria, Hollandia, Seelandia, Ultrajectum, Frisia, Transisalania, Groninga, Provinciæ fœderatæ* Calvinismo potissimum addictæ. *Septem Acatholicæ.*

I.

*Archi-Episcopus Cameracensis*, zu Cambray, Dux & Princeps Imperii. *Archi-Episc. Cameracen-*

*Episcopus Atrebatensis*, zu Arras, Præses Status Artesiæ.

*Episcopus Tornacensis*, zu Tournay in Artesia. *Episcopi Suffraganei.*

*Episcopus Audomarensis*, S. Omer, in Artesia.

*Episcopus Yprensis*, d' Ypres, in Artesia.

II.

*Archi-Episcopus Mechliniensis* zu Mechelen in Brabantia. *Archi-Episc. Mechlinensis*

*Episcopus Antwerpiensis*, zu Antverpen in Brabantia.

*Episcopus Brugensis*, zu Brug in Flandria. *Episcopi Suffraganei,*

*Episcopus Gandavensis*, zu Genth, in Flandria.

*Episcopus Lovaniensis*, zu Löven in Brabantia.

*Episcopus Ruremundensis*, zu Rürmond in Geldria.

*Episcopus Sylvaducensis*, zu Hertzogenbosch in Brabantia.

III.

* *Archi-Episcopus Ultrajectensis*, zu Utrecht in Belgio Fœderato. *Episcopatus Extincti.*

* *Episcopus Daventriensis*, zu Deventer in Transisalania.

* *Episcopus Groningensis*, zu Gröningen, in Provincia ejusdem nominis.

* *Episcopus Harlemensis*, zu Harlem in Hollandia.

* *Episcopus Leowardensis*, zu Levarden in Frisia Occidentali.

* *Episcopus Mittelburgensis*, zu Mitlburg in Seelandia.

# §. VIII.
# REGIMEN ECCLESIASTICUM
## IN M. BRITANNIA.

*Ecclesia Anglicana.* *Per Henr. VIII. vastata.* *Henricus VIII.* anathemate Pontificio irritatus Anno 1534. bonis Ecclesiasticis ad Regium ærarium translatis, teste *Morery*, ultra mille Ecclesias & Cœnobia vastavit. *Maria* quidem *Henrici Filia* ex *Catharina Arrogonia* legitimâ regnum Avitæ Religioni restituit; sed *Elisabetha Boulenæ* Filia eam penitus excidit, relictis solùm nominibus Archi-Episcopatuum & Episcopatuum. Ita ut nunc sicut *Parlamentum Politicum*, ita *Ecclesiasticum* in duas *Domos* sit divisum, nempe in Superiorem & Inferiorem: prior constat ex *Archi-Episcopis* & *Episcopis*, posterior ex *Decanis Archi-Diaconis*, *Presbyterianis*, *Puritanis*.

*Per Mariam restituta.*

*Per Elisabeth. eversa.*

## I.
## *In Anglia.*

*Archi-Episc. Cantuariensis.*

* *Archi-Episcopus Cantuariensis* zu Canterbury, *Primas Angliæ* in Provincia Kent Sud-Anglia.

* Episcopus *Ruffensis*, zu Rochester, in Provincia Kent.

* Episcopus *Londinensis*, zu London in Provincia Middlsex, & Surrey.

* *Episcopus Lincolniensis*, zu Lincoln, in Provincia Lindsey.

* *Episcopus Cicestriensis*, zu Chichester, in Prov. Sussex.

*Episcopi Nominales.*

* *Episcopus Vintoniensis*, zu Vinchester, in Provincia Hantshire.

* *Episcopus Sarisburiensis*, zu Salisbury in Prov. Wilt.

* *Episcopus Exoniensis*, zu Excester, in Prov. Davanshire.

* *Episcopus Bathoniensis*, zu Bathe in Prov. Sommerset.

* *Episcopus Vellensis*, zu Welles, in Prov. Sommerset priori Episcopatui unitus.

* *Episcopus Glocestriensis*, zu Glocester, in Prov. Mercia. *Juris Anglicani*
* *Episcopus Vigorniensis*, zu Worcester, in Comitatu ejusdem nominis.
* *Episcopus Conventriensis*, zu Conventry, in Comitatu Warwyck.
* *Episcopus Lichfeldensis*, zu Lichfeld, in Comitatu Staffort. *Episcopi Nominales*
* *Episcopus Herefordiensis*, zu Hereford, in Comitatu ejusdem nominis.
* *Episcopus Eliensis*, zu Ely. in Insula Prov. Cambrygde.
* *Episcopus Norvicensis*, zu Norwich, in Prov. Norfolk.
* *Episcopus Oxoniensis*, zu Oxford in Prov. ejusd. nom.
* *Episcopus Petriburgensis*, zu Peterboroug, in Provinc. Northampron.
* *Episcopus Bristoliensis*, zu Bristol in Prov. Sommerset.
* *Episcopus Landaffensis*, zu Landaff in Sud-Wallia.
* *Episcopus Bangoriensis*, zu Bangor in Nord-Wallia.
* *Episcopus Menevensis*, *S. Davidis* in Wallia.
* *Episcopus Asaphensis*, zu Asapy.

## *In Nord-Anglia.*

* *Archi-Episcopus Eboracensis*, zu Yorck. *Archi-Episcopatus Eboracensis*
* *Episcopus Cestriensis*, zu Chester in Comitatu ejusdem nominis.
* *Episcopus Dunelmensis*, zu Durham, in Provincia Northumberlandia.

## II.
## *Regimen Ecclesiasticum in Scotia.*

*Ecclesia Scotica* *Scotia* multis quidem sæculis constans in fide Catholica mansit, sed ruinis Angliæ per *Henricum* VIII. & *Elisabetham*, obnitente licet *Jacobo* Rege Scotiæ, & *Maria Stuarta* ejus filia, sed ipsis è medio sublatis, & interfectis Regni proceribus, miserè involuta est, ita ut nunc eadem *cum Anglia mutavit.*

penè Regiminis Ecclesiastici forma inducta sit, quæ in Angliam. Qualis est secundùm Baudrandum.

## *In Comitatu Fife.*

*Archi-Episcopatus Andreapolitani.*

*Archi-Episcopus* Andreapolitanus, S. Andreæ, *Primas Scotiæ.*

*Episcopi Nominales*

*Episcopus* Aberdonensis, zu Old-Aberdeen, in Provinc. Marriæ.

*Episcopus Brechinensis*, zu Brechin, in Prov. Angusiæ.

*Episcopus Cathanesiensis*, zu Caitnes, in Prov. Cathanesiæ.

*Episcopus Dumblanensis*, zu Dumblan, in Provincia Mentithiæ.

*Episcopus Dunckeldensis*, zu Dunckeld, in Prov. Perthiæ.

*Episcopus* Edenburgensis, zu Edembourg, in Provincia Laudonia.

*Episcopus Moraviensis*, cujus sedes E*lgia*, in Provincia Murray.

*Episcopus Rossensis*, zu Rossa, in Prov. Rossiæ.

*Episcopus Insularum Orcadum*, cujus sedes in Insula Pomonia sive Mainland.

## *In Provincia Cluydesdale.*

*Archi-Episcopatus Glascoviensis*

*Archi-Episcopus Glascoviensis*, zu Glascow.

*Episcopus Gallovidiensis*, zu Gallowey, in Provincia ejusdem nominis.

*Episcopus* Argadiensis, zu Argyle, in Prov. Argatheliæ.

*Episcopus Soderensis* Insularum *Hebridum*, cujus sedes est urbs Sodere, in Insula Cholmkil.

## III.

## *Regimen Ecclesiasticum in Hibernia.*

*Ecclesia Hibernica*

Stetit pariter *Hibernia Catholica*, usque ad *Henricum* VIII. qui primus *Hiberniæ Regis* Titulum gessit, magis deinde ab *Elisabetha*, & *Guilielmo* III. hodiedum est sub Angli-

Anglicana forma & poteſtate Eccleſiaſtica, ut ſequitur ex Baudrando in ſua Geograph.

*Cum Scotica oppreſſa.*

## *In Ultonia Provincia.*

*Archi-Epiſcopi Nominales*

*Archi-Epiſcopatus Armachani*

*Archi-Epiſcopus Armachanus*, zu Armagh.
*Epiſcopus Midenſis*, zu Mith, in Prov. Lagenia.
*Epiſcopus Chlochorenſis*, zu Clogher, in Prov. Ultonia.
*Epiſcopus Dunenſis*, zu Down, in Prov. Ultonia.
*Epiſcopus Derrenſis*, zu Derry, in Provincia Ultonia.
*Epiſcopus Cluanacenſis*, zu Cluan, in Prov. Ultonia.
*Epiſcopus Connerenſis*, zu Connes, in Prov. Ultonia.
*Epiſcopus Kilmorenſis*, zu Kilmore, in Prov. Ultonia.
*Epiſcopus Ropotenſis*, zu Ropoë, in Prov. Ultonia.
*Epiſcopus Dromorenſis*, zu Dromore, in Prov. Lagenia.
*Epiſcopus Ardachenſis*, zu Ardach, Kilmorenſi unitus, in Prov. Ultonia.

## *In Lagenia Provincia.*

*Archi-Epiſcopatus Dublinenſis*

*Archi-Epiſcopus Dublinenſis*, zu Dublin.
*Epiſcopus Darenſis*, zu Kildare, in Provincia Lagenia.
*Epiſcopus Fernenſis*, zu Fernes, in Provincia Lagenia.
*Epiſcopus Lechlinenſis*, zu Leighlin, in Prov. Lagenia.
*Epiſcopus Oſſorienſis*, zu Oſſery, in Prov. Lagenia.

## *In Momonia Provincia.*

*Archi-Epiſcopatus Caſſilienſis*

*Archi-Epiſcopus Caſſilienſis*, zu Caſchel.
*Epiſcopus Ardfertenſis*, zu Ardart, in Provincia Momonia.
*Epiſcopus Clonenſis*, zu Cloney, in provincia Momonia.
*Epiſcopus Corcagienſis*, zu Corck, in Provincia Momonia.
*Epiſcopus Fennaborenſis*, zu Kilfenor, in Provincia Momonia.

*Epi-*

*Episcopus Laonensis*, zu Killalo, in Prov. Momonia.

*Episcopi Nominales.* *Episcopus Limericensis*, zu Limerick, in Provincia Momonia.

*Episcopus Lismorensis*, zu Lismore, in Provincia Momonia.

*Episcopus Waterfordiensis*, zu Waterford, in Provincia Momonia.

## *In Provincia Connagia.*

*Archi-Episcopatus Tuamensis* *Archi-Episcopus Tuamensis*, zu Toam in Provincia Connagia.

*Episcopus Aladensis*, zu Killala, & *Achadensis*, zu Achonry.

*Episcopus Clonfertensis*, zu Clonfert, & *Duacensis*, zu Kilmacough.

*Episcopus Enachdonensis*, Enagdowne, & *Machionensis*, zu Moy.

*Episcopus Elphinensis*, zu Elphen, in Provincia Connagia.

## §. IX.
## REGIMEN ECCLESIASTICUM IN DANIA.

*Ecclesia Danica per Lutherum eversa.* *Dania* à S. Canuto Sæculo undecimo usque ad Sæculum decimum sextum, Lutheri tempore, constans mansit in fide Catholica, donec *Christiernus* IV. fœdere cum *Protestantibus* contra *Cæsarem* inito, rem Catholicam evertit, Bonis Ecclesiasticis sequentium *Episcopatuum* direptis.

* *Archi-Episcopus Lundensis*, in Sconia, sed cum hæc Provincia *Danis* sit adempta per *Suecos*, Archi-Episcopatus Hic est translatus *Haffniam*, nunc

*Epi-*

*Archi-Episcopus Haffniensis*, in Dania zu Koppenhagen.
* *Episcopus Alburgensis*, zu Alburg, in Juthia Peninsula.
* *Episcopus Arhusiensis*, zu Arhusen, in Juthia.
* *Episcopus Ottoniensis*, zu Odensee in Insula Fionia.
* *Episcopus Ripensis*, zu Ripen, in Juthia.
* *Episcopus Roschildensis*, zu Roschild, in Seelandia.
* *Episcopus Sleswicensis*, zu Sleswick, in Ducatu ejusdem nominis.
* *Episcopus Wiburgensis*, zu Wiburg, in Juthia.

*Archi Episcopatus Haffniensis*

*Episcopi Nominales.*

## §. X.
## REGIMEN ECCLESIASTICUM IN NORWEGIA.

*Norwegia* ab anno Millesimo circa *Olai* primi tempora quàmdiu proprios habebat Reges Catholica mansit, donec à *Christierno* IV. subjugata circa annum 1536. cum unione Daniæ confessionem quoque ejus suscepit, è Religione Catholica nihil retinens nisi nomina Episcopatuum.

*Ecclesia Norwegica cum Dania eversa*

* *Archi-Episcopus Nidrosiensis*, zu Drontheim, in Prov. ejusdem nominis.

*Archi-Episcopatus Nidrosiensis*

* *Episcopus Ansloënsis*, zu Anslo, nunc *Christiania* in Provincia Aggerhusana.
* *Episcopus Bergensis*, zu Bergen, in Provincia Berghusana.

*Episcopi Nominales*

* *Episcopus Stavangriensis*, zu Stavanger in Insula ad Provincias Bergen- & Aggerhusanam.

Huc etiam referuntur 2. Episcopatus Islandiæ, & 1. Grönlandiæ.

* *Episcopus Scalholdensis*, zu Scalholt Metropolis Islandiæ.
* *Episcopus Hollensis*, zu Hollen, in Islandia.
* *Episcopus Albaënsis*, zu Alba, in Grœnlandia.

## §. XI.
## REGIMEN ECCLESIASTICUM IN SUECIA.

*Ecclesia Suecica per Lutherum eversa*

*Suecia* à Sæculo nono usque ad Sæculum 16tum, Lutheri tempora, perseveravit Catholica, donec *Gustavus I.* & deinde *Gustavus Adolphus* fidem Catholicam è regno profligârint. *Adolpho* quidem in prælio ad *Luzam* sublato, per *Christinam* sapientissimam ea respirare nonnihil cepit, sed rursum per Successores suppressa succubuit, ita ut nihil in *Suecia* præter titulos Ecclesiasticos reliquum sit.

*Archi-Episcopatus Upsaliensis*

* *Archi-Episcopus Upsalensis*, zu Upsal, in Provincia Uplandia.

*Episcopi Nominales*

* *Episcopus Lincopensis*, zu Lincoping, in Provincia Ostro-Gothia.
* *Episcopus Arosiensis*, zu Arosia, in Prov. Westmannia.
* *Episcopus Scarensis*, zu Scara, in Westro-Gothia.
* *Episcopus Abonensis*, zu Abo, in Prov. Finlandia.
* *Episcopus Vexionensis*, zu Wexio in Prov. Smalandia.
* *Episcopus Viburgensis*, zu Wiborg in Prov. Carelia.

## §. XII.
## REGIMEN ECCLESIASTICUM IN POLONIA.

*Ecclesia Polonica fortiter defensa*

*Polonia* à prima sua conversione facta per Ducem *Mieczeslaum* An. 964. in fide Catholica intaminata permansit quo usque per *Lutheri* & *Calvini* dogmata sensim hinc inde variis sectis imbuta est, inter omnes tamen Catholica Religio eminet, nec alium patitur Regni Regem quàm Catholicum, ac Episcoporum authoritatem fortiter tuetur.

## *In Polonia Majore.*

*Archi-Episcopus Gnesnensis*, zu Gnesen. *Primas Regni & Regens* in interregno, *Legatus natus* Pontificius. *Archi-Episcopatus Gnesnensis*

*Episcopus Cracoviensis*, zu Cracau, in Polonia Minore, simulque Dux Severiæ.

*Episcopus Culmensis*, zu Culm, Chelminskie Palatinatu.

*Episcopus Luceoriensis*, zu Luckow, in Volhynia, Palatinatu ejusdem nominis. *Episcopi suffraganei*

*Episcopus Plocensis*, zu Ploczow, in Lithuania, Palatinatu ejusdem nominis.

*Episcopus Posnaniensis*, zu Posen in Polonia majore, & Palatinatu ejusdem nominis.

*Episcopus Samogitiensis*, zu Samodzka, in Samogitia Lithuaniæ.

*Episcopus Vilnensis*, zu Vilnaw, in Palatinatu Vilnensi Lithuaniæ.

*Episcopus Vladislaviensis*, zu Vladislaw, in Palatinatu Brestensi in Cujavia.

Huic Archi-Episcopatui etiam subsunt Episcopatus in Germania.

*Episcopus Vratislaviensis*, zu Breslaw, in Silesia.

* *Episcopus Pomesanus*, zu Pomesan, in Prussia.

* *Episcopus Lubussensis*, zu Lebus, in Marchia Brandeburgica.

* *Episcopus Caminensis*, zu Camin, in Pomerania.

* *Episcopus Smolecensis*, zu Smolensko, Juris Moscovitici.

## *In Russia Rubra.*

*Archi-Episcopus Leopoliensis*, zu Luwow.

*Episcopus Premisliensis*, zu Przemyzl, in Palatinatu Leopoliensi. *Archi-Episcopatus Leopoliensis*

*Episcopus Chelmensis*, zu Chelm, nunc Cramosstaviæ.

*Episcopus Camenegensis*, zu Kaminiec, in Podolia.

* *Episcopus Kioviensis*, zu Kiow, in Volhynia.

## §. XIII.

## REGIMEN ECCLESIASTICUM IN MOSCOVIA ſive RUSSIA.

*Eccleſia Ruſſica* Opinio eſt, fidem Chriſti à S. *Andrea* Apoſtolo illatam eſſe Moſcoviæ, ſed collapſam, à M. Duce *Vlodomirio* per *Græcos Epiſcopos* reſtitutam. *Converſa ſed Schismatica.* Interim tamen Catholica facta non eſt, ſed *Græco Schismate* imbuta, *Patriarchas* ſuos longo tempore habuit dependentes à *Patriarchis Conſtantinopolitanis Photii* Schismatici ſucceſſoribus; quamvis nunc proprium habeat Patriarcham & Archi-Epiſcopos, eosque omnes Schismaticos, ut ſequitur.

*Patriarcha Moſchus cum ſuis Schismaticus* *Patriarcha Moſcoviticus*, zu Moſcow, qui à Clero eligitur, & à M. Duce Zeaar confirmatur.

*Archi-Epiſcopus Aſtracanenſis*, zu Aſtracan.
*Archi-Epiſcopus Caſanenſis*, zu Caſan.
*Archi-Epiſcopus Novogardienſis*, zu Novogard.
*Archi-Epiſcopus Rhezanenſis*, zu Rhezan.
*Archi-Epiſcopus Roſtovienſis*, zu Roſtow.
*Archi-Epiſcopus Susdalienſis*, zu Susdal.
*Archi-Epiſcopus Tuerienſis*, zu Twer.
*Archi-Epiſcopus Tobolienſis*, zu Tobel.

## §. XIV.

## REGIMEN ECCLESIASTICUM IN MAGNA HUNGARIA.

*Eccleſia Hungarica Vaſtata per Barbaros refloruit per Stephanum* Prima ſemina Catholicæ Religionis penè ſuffocata à diverſis nationibus Barbaris: *Hunnis*, *Gethis*, *Gothis*, *Vandalis*, *Lombardis*, *Tartaris*, tandem ſub S. *Stephano* Hungariæ Rege copioſiùs ſuccreverunt, ita ut totum regnum Anno milleſimo ſedi Romanæ ſubjectum, multos viderit cum Archi-Epiſcopatu Strigonienſi Epiſcopatus Catholicos. Superſeminarunt quidem poſtea *Novatores*, cooperante

Turca,

Turca, nova Zizania, sed ea, propulsis Turcis, per *Leopoldum* I. & *Carolum* VI. Imperatorem paulatim eradicari ceperunt. *Leopold. I. & Carol. VI.*

## *In Hungaria Inferiore.*

*Archi-Episcopatus Strigoniensis*

*Archi-Episcopus Strigoniensis*, zu Gran.

*Episcopi suffraganei*

*Episcopus Agriensis*, zu Erlaw in Hungaria Superiore.
*Episcopus Javariensis*, zu Raab, in Hungaria Inferiore.
*Episcopus Quinque-Ecclesiensis*, zu Funfkirchen, in Hungaria Inferiore.
*Episcopus Nitriensis*, zu Neutra, in Hungaria Super.
*Episcopus Vaciensis*, zu Waitzen, in Hungaria Super.
*Episcopus Vesprinensis*, zu Vesprin, in Hungaria Inferiore.

## *In Hungaria Superiore.*

*Archi-Episcopatus Colocensis*

*Archi-Episcopus Colocensis*, zu Colotza.

*Episcopi suffraganei*

*Episcopus Bathiensis*, zu Bath, in Hungaria Inferiore.
*Episcopus Bosnensis*, cujus sedes Jaitza, sub Dominio Turcarum.
*Episcopus Chonadiensis*, zu Chonad, in Hungaria Superiore.
*Episcopus Cibiniensis*, zu Szeben, in Transylvania.
*Episcopus Sirmiensis*, zu Czerem, in Sclavonia.
*Episcopus Varadinensis*, zu Gros-Wardein, ad fines Transylvaniæ.
*Episcopus Zagrabiensis*, zu Agram, in Sclavonia.
* *Episcopus Bachoviensis*, zu Backow, in Walachia, sub Tributo Turcarum.
*Episcopus Belgradensis*, zu Belgrad, accessit rursum hoc Sæculo.

## §. XV.
## REGIMEN ECCLESIASTICUM IN ILLYRICO VETERI.

*Ecclesia Illyrica. Vastata à Turcis. Vindicata à Venetis.*

Ad vetus *Illyricum* referuntur Provinciæ *Venetorum* & *Turcarum* Ditioni subjectæ & Tributariæ, scil. *Dalmatia, Bosnia, Servia, Moldavia, Walachia, Bessarabia, Tartaria Minor.*

Catholicam fidem inibi viguisse jam ab anno trecentesimo, patet ex Concilio An. 347. *Sardicæ*, nunc *Sophiæ*, in Bulgaria celebrato, sed postea per Turcas multis Episcopatibus orbatam adeo, ut vix aliqui supersint, nisi quos Virtus Venetorum asseruit. Ut sequitur.

### I.
### *Ditionis Venetæ.*

*Archi-Episc. Jadrensis. Episcopi Suffraganei.*

*Archi-Episcopatus Jadrensis*, zu Zara in Dalmatia.

*Episcopus Arbensis*, zu Arbe, in Insula ejusdem nominis ad oram Morlackiæ.

*Episcopus Ausarensis*, zu Osero, in Insula Maris Adriatici ad Oram Dalmatiæ.

*Episcopus Scardonensis*, zu Scardona, in Dalmatia.

### II.

*Archi-Episc. Spalatrensis. Episcopatus abrepti.*

*Archi-Episcopus Spalatrensis*, zu Spalatro, in Dalmatia.

*Episcopus Sebenicensis*, zu Sebenico in Dalmatia.

*Episcopus Trajuriensis*, zu Traw, in Dalmatia.

*Episcopus Vegliensis*, zu Veglia, in Insula Maris Adriat, ad Oram Dalmatiæ.

* *Episcopus Alminiensis*, zu Almissa in Dalmatia, ditionis Turcicæ.

* *Episcopus Dulmensis*, zu Dolma in Bosnia, ditionis Turcicæ.

* Epi-

* *Episcopatus Macariensis*, zu Macarska, in Albania ditionis Turcicæ.

* *Episcopus Tiniensis*, zu Tine, in Bosnia, ditionis Turcicæ.

*Episcopus Nonensis*, zu Nona, in Dalmatia.

*Episcopus Pharensis* & Lesinensis, zu Lesina in Mari Adriatico — *Episcopi Suffraganei.*

*Episcopus Signiensis*, zu Zegna, in Croatia, ditionis Austriacæ.

## III.

*Archi-Episcopus Ragusinus*, zu Ragusi reipublicæ in Dalmatia. — *Archi-Episc. Ragusini.*

*Episcopus Braccensis*, zu Brazza, in Insula ejusdem nominis ditionis Venetæ.

*Episcopus Curzolensis*, zu Courzola in Insula ejusdem nominis ditionis Venetæ.

*Episcopus Mercanensis*, zu Merca, ditionis Ragusinæ. — *Episcopatus Avulsi.*

*Episcopus Stagnensis*, zu Stagno, ditionis Ragusinæ.

* *Episcopus Tribunensis*, zu Trebigno, ditionis Turcicæ.

* *Episcopus Rosanensis*, zu Risano, ditionis Turcicæ.

* *Episcopus Stephanensis*, zu Narenta, ditionis Turcicæ.

## IV.

*Archi-Episcopus Scupiensis*, zu Uschub in Servia ditionis Turcicæ. — *Cum quatuor Suffraganeis*

Habet Suffraganeos 4. quorum defectum supplent PP. Franciscani maximè in oppido *Prisrendi*, ubi sedes Archi-Episcopi, & oppido S. Sabæ.

## V.

*Archi-Episcopus Sardicensis*, zu Sophia, ditionis Turcicæ. cum 4. Suffraganeis, qui ferè sunt ex Ordine S. Francisci. Sedes Archi Episcopi est *Ciprovaz.* — *Episcopatus Avulsi.*

VI.

VI.

*Episcopatus Avulsi.*

*Archi-Episcopus Nicopolitanus* zu Nigepoli in Bulgaria ditionis Turcicæ.

Reliqui Turcis Tributarii vel Schismatici sunt, vel Mahometani.

## §. XVI
## REGIMEN ECCLESIASTICUM IN GRÆCIA.

*Ecclesia Græca.*

Miseranda modò est facies *Ecclesiæ Græcæ* sub *Patriarcha Constantinopolitano* Schismatico; licèt *Constantinopoli* plerumque resideat quidam *Archi-Episcopus Catholicus*, sed hic tantùm ad solatium & curam Christianorum à Congregatione de propaganda mittitur, quorum magnus numerus inter Turcas & Græcos ibidem reperitur; unà cum legatis *Imperatoris* & *Regum Hispaniæ, Galliæ, Poloniæ*, reipublicæ *Ragusinæ* & *Genuensis*, eorúmque famulitiis. Jus verò ad *Archi-Episcopatus* & *Episcopatus* sequentes sibi reservat Ecclesia Romana, quorum *Titulos* viris Ecclesiasticis bene meritis hodiedum distribuit.

*Sub jugo Turcico.*

*Titulos retinet.*

*Patriarchæ Constantin.*

*Patriarcha Constantinopolitanus* zu Stamboul, in Romania totius Græciæ caput.

### I.
### *In Romania.*

*Archi Episc. Schismatici.*

* *Archi-Episcopus Hadrianopolitanus*, zu Endrem, & Adrianopel.

* *Archi-Episcopus Heracleensis*, zu Heraclea, in Romania.

* *Archi-Episcopus Philippensis*, zu Philippi cum suffraganeis 4. in Macedonia ad fines Romaniæ.

*Archi-Episcopus Philippopolitanus*, zu Philippoli in Romania.

*Archi-Episcopus Selymbriensis*, zu Selivrea, ad mare di Marmora,

Archi-

*Archi*-*Episcopus Trajanopolitanus*, zu Trajanopoli; in Romania.

## II.
## *In Macedonia.*

*Archi*-*Episcopus Achridensis*, zu Ochrida cum ejus suffraganeis in Macedonia. *Cum suis Suffraganeis.*

## III.
## *In Thessalia.*

*Archi*-*Episcopus Larissensis*, zu Larizza in Thessalia. *Pariter Schismaticis.*
*Archi*-*Episcopus Thebanus*, zu Thebæ, in Thessalia.
*Archi*-*Episc. Thessalonicensis*, zu Salonichi, in Thessalia.

## IV.
## *In Livadia.*

*Archi*-*Episcopus Naupactensis*, zu Lepante.

## V.
## *In Boeotia.*

*Archi*-*Episcopus Thebanus*, zu Thebe.

## VI.
## *In Attica.*

*Archi*-*Episcopus Atheniensis*, zu Settine.

## VII.

*Archi*-*Episcopus Antibarensis*, zu Antivari, in Albania.
*Archi*-*Episcopus Buduensis*, zu Budoa, ditionis Venetæ.
* *Episcopus Bisvenensis*, zu Briseren in Albania.
* *Episcopus Drivostensis*, zu Drivasto in Albania.
* *Episcopus Dulcinensis*, zu Dulcigno, in Dalmatia.
* *Episcopus Sappatensis*, zu Sappa, in Albania.
* *Episcopus Sardanensis*, zu Sardania, in Albania.

## VIII.

*Archi*-*Episcopus Dyrrachiensis* zu Durazzo, in Albania.

*Episcopi Schismatici.*

* *Episcopus Alexiensis*, zu Alesso, in Albania.
* *Episcopus Bendensis*, zu Benda in Macedonia.
* *Episcopus Canoviensis*, zu Canovia, in Albania.
* *Episcopus Crojensis*, zu Croja, in Albania.
* *Episcopus Lissensis*, zu Liis, in Albania.

## XI.

*Ditionis Turcicæ.*

* *Archi-Episcopus Corinthiacus*, zu Corintho in Peloponeso.
* *Archi-Episcopus Naupliensis*, zu Napoli di Romania.
* *Archi-Episcopus Patrensis*, zu Patras, cum Suffraganeis 6.
* *Archi-Episcopus Spartanus*, zu Misitra in Peloponneso.

## X.

## *In Insulis Maris Adriatici.*

*Episcopi Catholici.*

*Archi-Episcopus Corcyrensis*, in Insula Corfu, ditionis *Venetæ*.

*Episcopus Zacynthiensis*, zu Zante, in Insula Zacyntho, ditionis *Venetæ*.

*Episcopus Cephaloniensis*, in Insula Cephalonia, ditionis *Venetæ*.

## XI.

## *In Insulis Archipelagi.*

*Archi-Episc. Naxiensis.*

*Archi-Episcopus Naxiensis*,, zu Nacsia, in Insulis ejusdem nominis.

*Episcopus Ghiensis*, in Insula *Scio*, ditionis *Venetæ*.

*Episcopi Schismatici.*

* *Episcopus Andrensis*, zu Andro in Insula ejusdem nominis Turcica.
* *Episcopus Milensis*, zu Miso, in Insula Archipelagi ejusdem nominis.
* *Episcopus Scirensis*, zu Sciro, in Insula Archipelagi ejusdem nominis.

*Epi-

* *Episcopus Theramniensis*, zu Thermia in Insula Archipelagi ejusdem nominis.

* *Episcopus Therasiensis*, zu Santorini, S. Erini, in Insula Archipelagi ejusdem nominis.

XII.

☛ * *Archi-Episcopus Cretensis*, zu Candia, in Insula ejusdem nominis. *Archi-Episc. Cretensis.*

* *Episcopus Arcadiensis*, zu Arcadia, in Insula Candia.

* *Episcopus Cydoniensis*, zu Canea, in Insula Candia.

* *Episcopus Hierapetrensis*, zu Hierapetra in Ins. Candia. *Episcopi Schismatici.*

* *Episcopus Milopotamensis*, zu Milopotamo in Insula Candia

* *Episcopus Rhetimensis*, zu Retimo in Insula Candia.

* *Episcopus Sichimensis*, zu Sichimo, in Insula Candia.

* *Episcopus Sithiensis*, zu Sethia, in Insula Candia.

Hucusque de moderno Statu Ecclesiæ in *Europa*.



# CAPUT IV.
# Modernus Christi Ecclesiæ Status in Asia.

*Magna pars Asiæ Turcicæ restituta Ecclesiæ per Legationes & Seminaria Romæ.*

PRima Pars *Asiæ* Europæ contigua, sive Occidentalis, quam Turcæ ferro & armis invaserunt, iisdem sævæ crudelitatis principiis hodiedum sub intolerabili jugo misera tenetur. Ut verò nobilissimæ hujus Asiæ nationes aliquando Catholicas, sed sub Imperio despotico Sultanorum in Schisma, aliasque hæreses prolapsas Zelus Apostolicus *Ecclesiæ* restitueret, pluribus Legationibus in Syriam susceptis, Maronitarum gentem, totamque Armeniam feliciter Christo, ejusque Vicario subjecit, per delegatos illuc à *Gregorio XIII. P.* Elianum & P. *Joannem Brunnum* An. 1581. aliosque deinceps. Quibus ut nunquam deessent idonei ex propria Natione cultores, quorum industria & laboribus hucusque in obedientia Romani Pontificis, persistunt, Seminaria *Romæ Maronitis, Græcis, Armenisque* in fide Catholica educandis excitata sunt.

*Multò major in India Orientali per Socios aliosque viros Apostolicos.*

Præcipuus tamen Apostolicorum sudorum campus est altera Pars Orientalis *Asiæ*, quam communiter *Indiam* Geographi nuncupant; quò in partem laborum *S. Thomæ* Apostoli, ut divinitùs vocata, & olim prædicta, ita in messem ipsius intravit societas, tamque optatis successibus fidem illic per *Apostolum* primò prædicatam propagavit, ut nulla inter vastissimas Regiones, Regna, & Insulas sit Natio, quam Viri Apostolici non excoluerint, hodieque excolant ingenti sudore, & sanguine profuso, plurimis hominum Myriadibus ad salvificam Christi Ecclesiam conversis.

*S. Xaverius Greg. XV.*

Solus *Franciscus Xaverius*, qui primus è Societate durum sylvescentis terræ dumetum excoluit, supra decies

centena

centena millia propria manu salutari baptismi fonte irrigavit, non accensendo incomparabiliter majorem mortalium copiam, quam suis prædicationibus instructam reliquit, teste *Gregorio XV. P. M.* majorem, quàm suo *Græci Romanique* subjecerint Imperio; siquidem inter infinitos illos populos fuêre potentes *Monarchæ, Reges & Reginæ* ab Idolis aut Mahomete ad Christum traducti supra duodecim, præter minores Regulos triginta; ut Rex Ulatis, Rex Buliagri, Travancoris, Saxumæ, Amangucii, Maldivarum, Celebis cum Fratre, duo Zeylani Reges, Regina Ternatæ, aliique Reges ignoti nominis.

*oraculo, plures Christo, quàm Græci Romanique suo subjecerunt imperio.*

Ducem suum gnaviter secuti sunt Commilitones posteri, quorum Apostolico Zelo, impenetrabiles cessêre *Chinarum & Japoniorum* Imperii portus & muri; innumeræ oceano Orientali sparsæ Insulæ Maldivæ, Moluccæ, Salsetti, Anchedivæ, Philippinæ, Marianæ, Celebes, Ceylan, Amboinum, Comorinum, oræ piscariæ: amplissima Regna & Imperia Persiæ, Mogoris, Sinarum, Siam, Cocinum, Cocincina, Corea, Funchinum, & quidquid demum terrarum tractibus illis innotuit. Sola *China* pluribus jam templis vero Deo exstructis consecrata, in qua præter centena Catholicorum Indigenarum millia, Principes è Regio sanguine plures & martyriis insignes, ex amplissimo ordine Mandarini, Duces Militiæ, Eunuchi Aulæ præcipui, illustres Imperatorii Gynæcei fœminæ, imò ipse Sinarum Imperator, *Constantinus* in baptismo dictus, cum Matre *Anna* & conjuge *Helena*, Filioque unico, sacro fonte à P. *Xaverio Koffler* initiati sunt.

*Latiùs progressi sunt socii per totam Indiam Orientalem.*

*In Sinarum Imperio.*

In potentissimo *Japoniæ* Imperio sementem excoluêre, præter multos alios operarios, creati à summis Pontificibus Japoniæ Episcopi è societate *P. Melchior Carnerus, P. Sebastianus Morales, P. Ludovicus Cerquiera, P. Petrus Martinetz,* quorum aliorumque sociorum indefessis laboribus ad Christum conversi, maximi *Japoniæ Monarchæ, Franciscus Rex Bungi,* & aliorum sex regnorum Dominus: *Bartholo-*

*In Imperio Japoniæ.*

*tholomæus Rex Omuræ*, cum undecim aliis Japoniæ Regibus: *Joannes Faramondus* totius Japoniæ Imperatoris consobrinus, lentis deinde ignibus pro Christo crematus: *Franciscus* & *Mathæus* Regis Arimæ Fratres, pro eadem religione mortem perpessi: Rex *Siami*, Rex *Manades à* P. *Jacobo Magallianes*: Rex & Regina Insulæ *Sanguini* cum Aula Universa à P. *Mascarenia*: Rex Insulæ *Baciani* cum tota Natione à *P.* Antonio *Vasquez*: Mater Imperatoris Persarum: Filia *Arabiæ* desertæ Regis: Filia Mahometani *Dacence* Regis, illa *Ormuzii*, ista *Goæ* baptizata à P. *Barzæo*: magni Mogorum Imperatoris *Nepotes* quatuor, & tandem ipse *Imperator* ab *Hieronymo Xaverio* magni *Xaverii* Nepote Christo adjuncti: Rex *Mocumbræ* & Rex *Taræ à P. Balthasare Bareira*: Rex *Tibeti* cum Regina à *P.* Antonio *de Andrada*: Rex *Maldivarum* Insularum à P. Antonio *Eredia*: Reges alii variarum Provinciarum à P. *Emmanuele Diaz* partim ab Idolis, partim à Mahometanis Christo & Romanæ Ecclesiæ sunt asserti. Sed tam fortunati in mediis inferorum regnis successus, sine multo sudore, sanguine, tormentis, & necibus obtineri non poterant, ubi per plura annorum millia quieta & secura possessione triumphans Dœmon, omnem inferni totius ac Principum tenebrarum objecit potentiam, armavit furias, Tyrannides, crudelitates, & hodiedum infrendens furit, ut erepta sibi olim Regna rursus extorqueat, Reges & Bonzios in odium Christianæ Fidei concitando.

*In Imperio Persarum.*

*In Imperio Mogorum.*

*Et reliquis Indiæ Provinciis.*

## §. I.

## IN ASIA MINORE, sive NATOLIA.

*Ecclesia Natolia.*

*à Turcis Vastata.*

In vasta hac regione inter Pontum Euxinum, Archipelagum, Mare mediterraneum, & Euphratem fl. contenta, ex multis olim Archi-Episcopatibus & Episcopatibus plurimis, post invasionem Turcarum, non restant nisi

parvæ-

parvæ hinc inde sedes paucorum Catholicorum, & hæ quidem instabiles ob Tyrrannidem Turcarum maximè in Romanos sacerdotes & religiones; præterquam in urbe *Smyrna*, ubi magnus Mercatorum Catholicorum, præsertim Gallorum est numerus, qui etiam proprios hìc suos Consules habent, quibus in sacris assistunt PP. Capuccini & PP. Societatis Jesu, qui etiam, ubi datur occasio, in alia vicina loca excurrunt, & Christianam legem prædicant.

*à Turcis Vastata*

*reliquias Smyrna tenet.*

Quot & quinam olim fuerint in Natolia Archi-Episcopatus & Episcopatus, vide in Geogr. Polit. in Imperio Turcico Asiatico inter urbes.

## §. II.

## IN SYRIA, nunc SORISTAN.

In *Syria*, *Phœnicia* & *Palæstina* multi olim erant Archi-Episcopatus & Episcopatus, quos notatos habes in Geographia Politica inter urbes *Syricas*, nunc sub Imperio *Turcico*, non nisi in aliquibus tantùm urbibus & monte Libano Catholica religio exercetur.

*Ecclesia Syrica sub jugo Turcico*

1. In urbe *Hierosolyma* PP. Franciscani curam habent sacri sepulchri. Item in urbe *Bethlehem*, & urbe *Nazareth*, ubi Peregrinis Christianis Terram sanctam invisentibus inserviunt, & sacra administrant.

*à Religiosis hinc inde*

2. In urbibus & emporiis *Aleppo*, *Damasco*, *Alexandretta*, in quibus plurimi sunt Christiani *Catholici*, præcipuè mercatores Europæi & opifices, quibus assistunt *Franciscani*, *Cappuccini*, *Carmelitæ*, *Jesuitæ*.

3. In urbe *Sidon*, nunc Said, ubi Mercatoribus Catholicis ad manum sunt, *Franciscani*, *Capuccini*, *Jesuitæ*.

*utcunque sustinetur*

4. In Monte *Carmelo*, ubi est claustrum cum æde B. Virginis, ex quo subinde excurrunt PP. Carmelitæ, ut Catholicis in vicinia degentibus sacra administrent.

5. In Monte *Libano* circuitu centum circiter Leucarum, ubi *Patriarcha* S. Antonii, habet sub se aliquot Episcopos

& Ab-

& Abbates, qui omnes cum Cœnobitis *Maronitæ* vocantur, & in substantia cum *Romanis*, in Cæremoniis cum *Græcis* conveniunt.

## §. III.

## IN GEORGIA, Gurgistan.

*Ecclesia Georgiana*

*Georgia* regio ampla inter Pontum *Euxinum* & mare *Caspium*, ac montana *Caucasi* & *Ararat*, ubi *Arca* Noë post diluvium quievit, parùm retinet de Religione Catholica, mox à *Persis*, mox à *Turcis*, mox à *Russis* vexata in 4. Provincias dividitur.

*In Cochilde Albinia*

1. Est *Georgia* propriè dicta, in cujus urbe primaria *Teflis*, Regi Persarum tributaria, Patres *Capuccini* Domicilium habent.

*Commania Exigua.*

2. Est *Mingrelia*, olim Colchis, in qua tum vetustate, tum bello destructis urbibus Pagi plurimi subinde à Missionariis invisuntur.

3. Est *Albinia*, nunc Zuiris, cujus Provinciæ urbes, *Stanu*, *Chipiche*, & *Tarcki*, olim excolebant PP. *Dominicani*, sed à Barbaris & Persis inde expulsi, tutò Christianis subvenire ibidem non valent.

4. Est *Commania*, nunc Circassia nigra, quæ ferè tota subest Russorum Imperio. Hodie missiones in ea instituunt Patres Augustiniani & Capuccini.

## §. IV.

## IN ARMENIA, sive TURCOMANNIA.

*Ecclesia Armeniana*

*à Turcis & Persis*

Olim in ea fuisse *Archi-Episcopos* 19. *Episcopos* supra 87. cum uno *Patriarcha* in urbe *Egmiathin* testatur Episcopus de *Uscovanch*; sed hi Episcopatus cum suis urbibus inter continua bella, jam à *Turcis*, jam à *Persis* paulatim eversi sunt. Interim anno 1698. per PP. S. J. ad Romanam Ecclesiam reductus est *Patriarcha Armeno-Græcus* cum toto suo Clero, professione fidei facta, & literis obedientiæ

dientiæ ſuæ teſtibus Romam ad Innocentium XII. transmiſſis, ut habent literæ P. *Caſchodi* S. J. An. 1699. Conſtantinopoli transmiſſæ. *ſuppreſſa reſurgit*

In Primariis Armeniæ urbibus *Erzerum* & *Erivan* hodie ſtationes habent PP. S. J. & priore etiam PP. Capuccini. PP. Dominicani habebant in urbe *Nachtzivan* Epiſcopum & miſſiones exercebant in vicinia. Modò autem varii ex variis ordinibus religioſi in reducendis ad Romanam Eccleſiam Græcis Schiſmaticis ſtrenuè laborant. *per ſtrenuos Miſſionarios*

## §. V.


# IN MESOPOTAMIA, ſive DIARBECK.

Regio hæc à prima cultura primorum parentum, & habitatione Patriarcharum ac maximis olim urbibus celebris inter *Tigrim* & *Euphratem*; nunc verò continuis bellis vaſtata, paucas retinet urbes ex veterum ruinis reparatas. *Eccleſia Meſopotamiæ*

1. Eſt *Moſul*, quæ olim *Ninive* fuiſſe creditur. In hac ſtationem habent PP. *Capuccini*, & aſſiſtunt *Jacobitis* Catholicis, quorum magnus hic eſt numerus, cum *Primate* Neſtoriano Eccleſiæ Romanæ reſtituto. *per Epiſcopos Cœnobitas*

2. Eſt *Bagdat*, ex ruderibus *Babylonis* orta. In hac ſtationem habent PP. *Auguſtiniani & Capuccini* cum *Epiſcopo Catholico*, qui rem Chriſtianam promovent in multis ibidem Catholicis & Europæis Mercatoribus. *& Miſſionarios promovetur.*

3. Eſt *Balſora* ad oſtium Euphratis in ſinum Perſicum. Quò variæ nationes ex Aſia, Africa & Europa Mercaturæ cauſa conveniunt, quibus ſacra adminiſtrant PP. *Auguſtiniani & Carmelitæ* diſcalceati, cum aliis identidem Miſſionariis.



## §. VI.
## RELIGIO IN PERSIA.

*Liberum hinc inde*

*Persæ* quidem plerique Mahometani sunt, sed moribus differunt à *Turcis* & doctrinâ. Dissimulant etiam publicum Christianæ fidei exercitium, ita ut teste *P. à S. Thoma* in Persia sint 43. urbes & oppida, quorum habitatores plerique sint Christiani, multi quoque in primariis urbibus, ut

*Exercitium Catholicum*

*præcipuè in Hispahan*

1. In ipsa Metropoli *Hispahan* ubi ferè omnium nationum Orientalium & Occidentalium Mercatores conveniunt, residentque ibidem variorum ordinum Religiosi, singuli sub peculiari titulo alicujus Legationis, nempe *Augustiniani* sub nomine *Regis Lusitaniæ*: *Capuccini & Jesuitæ* Titulo *Regis Franciæ*: *Carmelitæ* Titulo Legationis *Pontificiæ*, ac vicinis etiam urbibus & oppidis in sacris ministeriis præsto sunt.

*Tauris & Schiras*

2. In urbe *Ecbatana*, nunc *Tauris* emporio celebri, ubi Christianis mercatoribus, aliisque Patres Capuccini inserviunt.

3. In urbe *Schiras* Emporio, ubi Catholicorum commodo Domum statuerunt PP. Carmelitæ & Jesuitæ.

## §. VII.
## IN PORTUBUS PERSIÆ.

*Religio Catholica*

1. In *Bandar Congo*, portu celebri cum urbe, in qua sedem statuerunt PP. Augustiniani, ob magnum ibidem concursum Mercatorum Europæorum.

*In utroque Bandar*

2. In *Bandar Abassi*, sive Gamron portu itidem celebri cum urbe, distante 30. ferè leucis à priore versùs Occidentem, ubi PP. Capuccini sedem posuerunt, & mercatoribus Europæis sacra administrant.

§. VIII.

## §. VIII.
## IN PROVINCIA CURDORUM, sive CURDISTAN.

Vagi in ea habitant populi, dicti *Jezedim*, sive *Discipuli Jesu*, inter Persiam & Armeniam in Montanis oberrantes, necdum plenè subjugati, neque à *Turcis*, neque à *Persis*. Interim Catholici, & *Deiparæ* cultui valdè addicti, quos inter, *Teste de Moni*, Missionarios agunt PP. *Capuccini* & *Jesuitæ*, ac multos tum in Catholica fide confirmant, tum alios ad eandem magno studio, labore, & periculis convertunt.

*Religio in Curdistan*

*per Missiones Conservata*

## §. IX.
## RELIGIO IN INDIA INTRA GANGEM IN INDOSTAN sive IMPERIO MOGORIS.

Fidem Christianam jam propè sepultam à tempore S. Thomæ Apost. per suos Missionarios denuò excitavit Societas Jesu. Ac

*Religio Catholica*

1. Quidem in urbe *Agra* Imperii Metropoli P. *Rudolphus Aquaviva*, postea pro fide in Insulis Salsetanis occisus, cum 2. sociis, missionibus initium dedit. Exinde per continuam successionem virorum Apostolicorum res Christiana magis & magis excrevit, factâ à 2. Imperatoribus *Echebar* & *Selymo* in toto Imperio prædicandi potestate. Quibus postmodum accesserunt PP. Carmelitæ, strenuè in fide collaborando, ita ut anno 1667. præter multa millia in toto Imperio, in sola Metropoli *Agra*, teste oculato D. Thevenots numerata sint 25. Millia Christianorum.

*à PP. Soc. J. resuscitata*

*In Imperio Indostano*

2. In urbe *Daca* & regno *Bengalæ* facilè 20. millia Christianorum reperta, quorum curam habet Episcopus S. Thomæ, cum PP. Societatis, & Augustinianis.

*In Regno Bengalæ*

*Catholici Multi in Urbe Tatta*

3. In urbe *Tatta*, ad ostium fluminis *Indi*, Emporio celebri, ubi magnus Mercatorum orientalium & Europæorum concursus, quos PP Carmelitæ ibidem, aliique Missionarii in sacris adjuvant.

*Suratte*

4. In urbe *Suratte*, Emporio celeberrimo, Domum habent PP. Capuccini, variique Missionarii Mercatoribus & Indigenis Christianis assistunt.

*Idalcan*

5. In urbe *Idalcan*, teste *Moni* ( cujus tamen urbis nomen à Geographis non exprimitur ) resident Presbyteri Congregationis *S. Philippi Nerii* cum Vicario Apostolico.

*Diu Insula*

6. In urbe *Diu*, Munimento Lusitanorum fortissimo ad sinum *Cambajæ* in Insula posito, cujus habitatores potissimi sunt Christiani, cum PP. Augustinianis, Dominicanis, Franciscanis, & Jesuitis.

*& Gor Prov.*

7. In urbe *Gor*, quæ est caput Provinciæ ejusdem nominis, versùs regnum *Thibet*, ubi Missionem habent PP. Soc. Jesu.

## §. X.

## RELIGIO IN REGNO DECAN.

*à Lusitanis introducta*

*à Batavis vexata*

Peninsulæ Comorinæ pars Borealis Regis Idalcan, Imperio *Mogolis* tributaria, partim *Lusitanis* subjecta, à quibus fides Catholica introducta, multùm passa est à *Batavis* vi & armis irruentibus; nihilominus tamen viget Missionariorum operâ in aliquot urbibus & oppidis ac pagis plurimis. Præcipuè

*Viget Goa*

*& vicinis urbibus*

In Urbe *Goa*, quæ est *Lusitanorum* in India Orientali Metropolis, sedes Pro-Regis, & Archi-Episcopi cum suo Clero, & officio S. Inquisitionis. Sunt in ea quoque PP. Augustiniani, Dominicani, Franciscani, Carmelitæ, Jesuitæ, habentque singuli plura Collegia & Monasteria, nec tantùm in urbe, sed in vicinis etiam Insulis Salsetanis, unde in Provincias & regna circumjecta & remotiora missiones instituunt. Ita ut *Goa* sit ingens Seminarium, unde totius

totius Asiæ Provinciis, Regnis, & Insulis Viri Apostolici depromuntur. Præterea juris Lusitanici sunt in regno *Decan* urbes *Chaul*, *Baizain*, *Daman*, omnes munitæ cum suis castris, quarum incolæ plerique sunt Catholici.

## §. XI.

## RELIGIO IN REGNO GOLCONDA, BISNAGAR & NARSINGA.

Hæc tria Regna sibi contigua ad ortum Regno Decan adjacent, subinde trium, subinde unius Regis Gentilis. Prioris sedes *Golconda*, posterioris *Narsinga*. Priore ejecti sunt *Lusitani* ab *Hollandis* capto emporio & castro *Massulepatan*, & Ecclesiis prophanatis. In posteriore Regno *Narsinga* ab anno 1655. usque ad annum 1659. à Missionariis S. J. Novem Millia Indigenarum Ecclesiæ Romanæ aggregata fuisse testantur Literæ Indicæ Romam ad P. Generalem scriptæ, quas etiam citat P. Hazartus in sua Historia Ecclesiastica.

*Religio Golcondæ à Batavis vexata.*

*per Societat. Missionarios Crevit Narsingæ*

Regi *Narsingæ* præterea Tributarii sunt plures Reguli versùs oram piscariam, præcipuè *Madurensis*, huc societas semper submittit Missionarios, quos inter *Robertus de Nobilibus* per 45. annos Provinciam *Madurensem* incredibili labore, & constantia excoluit, quem secutus P. *Joannes Britto*, eandem suo sanguine rigavit An. 1693.

*& Vicinis Provinciis*

## §. XII.

## RELIGIO IN ORA COROMANDELIA.

Hæc est Ora Orientalis Peninsulæ *Comorinæ* & ab arce *Geldria* usque ad urbem *Negapatan* ad 120. Leucas porrigitur. *Lusitani* potiores urbes tenebant, scilicet *Negapatan*, *Paliacate*, *Meliaporem* S. Thomæ, Arcem *Geldriam*; sed *Hollandi* expulsis inde *Lusitanis*, fidem quoque Catholicam exegerunt, quam Missionarii sensim reducunt.

*Religio Catholica à Batavis expulsa à Missionariis reducitur*

## §. XIII.

## RELIGIO IN ORA PISCARIA.

*Religio Catholica*

*Sanguine P. Criminalis*

*rigata crescit*

Hæc est ea pars Peninsulæ Comorinæ, quæ ab urbe *Negapatan*, usque ad ipsum Promontorium Comorinum ultra 40. Leucas Germanicas extenditur. Ubi ab initio fermè Societatis P. *Antonius Criminalis* ejusdem Societatis Missionarius ducenties mille Christianis solus ipse sacra administravit, donec à Barbaris in odium fidei fuerit occisus. Deinceps verò An. 1607. reperta sunt centies & trigesies adhuc millia Christianorum, hodieque magnus superest Christianorum numerus.

## §. XVI.

## RELIGIO IN ORA MALABARICA.

*Religio Catholica.*

*à S. Xaverio Fundata.*

*Ab Hollandis diruta.*

*à Missionariis erigitur.*

*Contra vexas Hollandorum.*

Hæc est pars Occidentalis *Peninsulæ Comorinæ*, opposita *Coromandeliæ*, & ab urbe *Cananor* usque ad promontorium *Comorinum*, ultra 130. Leucas Germanicas extensa. Proprios quidem habet Reges Gentiles in urbibus *Cananor*, *Calecut*, *Tanor*, *Cranganor*, *Cochin*, *Coulan &c.* sed hi omnes olim *Lusitanis*, nunc Hollandis tributarii sunt, Castris Lusitanorum occupatis. In hac ora *S. Fr. Xaverius* 140. Ecclesias fundaverat, erantque adhuc anno 1607. Christianorum hìc 130. Millia. Nunc, Batavis ibidem Dominantibus, nonnisi 50. Millia supersunt, quibus 13. Missionarii S. J. in sacris assistunt, ut habent literæ Indicæ ab anno 1698.

*Hollandi* quidem aliquoties totis viribus terra marique aggressi sunt reliquas Lusitanorum urbes, portus, fortalitia, imò etiam ipsam urbem *Goanam*, *Diu*, *Macaum* fortissima munimenta, sed inde semper non sine clade repulsi sunt. Interim tamen ex locis ereptis ingentes thesauros quo-

quotannis accumulant, parùm de re Christiana, plurimùm de lucro solliciti.

## §. XV.
## RELIGIO IN INDIA EXTRA GANGEM.
### IN REGNO PEGU.

Hoc Regnum Idololatricum, cùm in se ipso sæpè divisum, constet ex pluribus regnis *Ava*, *Aracan*, *Brama*, *Martaban*, & *Pegu*, nunc sub uno, nunc sub pluribus Regibus, hinc tum bellis intestinis, tum exteris frequenter turbatum vix locum dare valet pacificæ fidei. Missio quidem à Societate JEsu ibidem constituta fuit anno 1597. sed stabilis obtineri non potuit, licet subinde eò excurrant viri Apostolici.

*Religio per bella.*

*Desolata Ingemiscit.*

## §. XVI.
## RELIGIO IN REGNO SIAM.

Jam sæculo decimo sexto fides huic regno illata fuit à Missionariis S. J. in Chinam transeuntibus; anno deinde 1687. Ipse Rex Siamensis à P. *Tachardo* Gallo persuasus tres Mandarinos cum *Tachardo* Romam ad *Innocentium* XI. & Regem Galliæ cum pretiosis muneribus ablegavit, ita ut spes esset Regnum totum cum Rege convertendi. Res hæc malè habuit *Anglos & Hollandos*, ne ob id regno exesse cogerentur, Regem averterunt, sub prætextu Gallos non amicitiam Regis, sed regnum ipsum aucupari. Interim in urbe Regia præter Mercatores Anglos, Hollandos, Lusitanos, Gallos, multæ supersunt familiæ hodiedum Catholicæ, inter multas persecutiones constantes. De moderno religionis Statu sic scribit in suis novissimis *Macai* datis An. 1736. *P. Philippus Sibin* Visitator Provinciarum Japoniæ & Sinarum.

*Religio erecta*

*Rursum turbata.*

In Regno *Siamensi* sub novo Rege defuncti Fratre, etiamnum

*Decreto Regio inhibita*

amnum durat persecutio: prohibitum *Siamensibus, Peguanis*, aliisque Gentilibus ejusdem Regni incolis sub pœnis gravissimis, ne sanctam legem nostram amplectantur, uti patet ex Edicto Regio, quod prægrandi lapidi incisum Rex collocari jussit in atrio Domûs Episcopalis Vicarii Apostolici, Natione Galli, in quo prohibetur Domino Episcopo sub pœna capitis, ne legem sanctam prædicet linguâ *Siamica*, nec ullum è *Siamensibus* admittat ad Religionem Christianam. Rex nimium quantum magiæ deditus, atque à Dœmone illusus, eam detestatur; in oppido tamen eorum, qui *Lusitanis Legibus* reguntur, quibus præsunt, tum Soc. JESU Patres, quæ in eo habet Collegium, tum Patres Ord. S. *Dominici*, pro more antiquo permittitur liberum Religionis exercitium cum omni tranquilitate, sicut in Europa.

## §. XVII.
## RELIGIO IN REGNO TUNCKIN.

*Per P. Rhodes erecta.*

Inter Regnum *Siam*, & Imp. *Sinense* ab anno 1626. usque ad 1631. per *Alexandrum de Rhodes* S. J. ejusque Socios ultra 30. millia indigenarum fidem susceperunt. Anno 1679. reperta sunt 38. millia Christianorum, quibus An. 1693. accesserunt octingenti per P. Provincialem Japoniæ ejusque 5. Comites Rege conscio & benevolo.

*Per P. Nugveira accrevit.*

Numerumque auxit *P. Franc. Nugveira* in odium fidei à barbaris in eodem regno occisus An. 1697. & novissimè quatuor PP. ex ead. Soc. ut habent literæ inde in Europam datæ.

Modernum Religionis Tunckinensis Statum prædictus Pater Visitator ita describit literis Macai datis An. 1736.

*Rex Tunckinensis* benignioris est naturæ: Legem sanctam non ita persequitur, ut defunctus Pater ejus; siqui tamen Christiani accusantur, captivi abducuntur à *Mandarinis* nummorum avidis, sicut recenter accidit nonnullis Christianis ultra viginti. In illo Regno Patres S. J. habent ad ducentas Ecclesias vel Oratoria, quibus præsunt insignes

Cate-

Catechistæ; ac propterea Christiani sunt optimè instructi, in devotione ferventes, & in vera religione cumprimis stabiles, atque constantes, in quibus repræsentatur vera Imago primitivæ Ecclesiæ. Tantus est eorum fervor, vitæ sanctitas, morum innocentia, & mutua charitas verè Christiana.

## §. XVIII.

## RELIGIO IN REGNO COCHINCHINÆ.

Parte olim Regni Tunckinensis. Ab anno 1624. sensim in hoc regno crevit religio, donec circa annum 1656. prædictus *P. Rhodes*, è regno Tunckinensi expulsus huc venit, & auctiorem reddidit, ita ut An. 1660. repertæ sint 30. Ecclesiæ, & Christianorum aliquot centena millia, quibus in tribus collegiis assistebant Missionarii Societatis. His autem cum *P. Rhodes* regno per Bonzios ejectis, successerunt alii PP. Missionarii, præcipuè *P. Bartholomæus Costa* S. J. qui in aulam evocatus *Filium Regis* instruxit & baptizavit. Optimos hos progressus rursum turbarunt *Hollandi* introgressi An. 1679.

*Per P. Rhodes & P. Costa,*

*Plantata & aucta.*

Sed nunc, ut ait idem Prædictus Visitator, in Regno Cochinchina vivunt Fideles in bona pace. Rex à Matre Christiana natus sanctam Legem nostram minimè adversatur.

## §. XIX.

## RELIGIO IN IMPERIO SINENSI.

Fidem Christianam in *China* sepultam resuscitare aggressus quidem fuit *S. Xaverius* An. 1552. sed *Deus* voto Viri contentus, dum eum in Insula *Sanciana* Chinæ proxima ad prœmium laborum evocavit., ejus posteros ad prosequenda vota instigavit. Non longè enim post circa annum

*S. Xaverii Vota.*

num 1572. *S. Xaverio* successit *P. Michaël Rogerius* Gravinatensis, cum *Matthæo Riccio* Maceratensi & tribus sociis navigavit ad Indos, & *Macaum* evocatus, operâ *Lusitanorum* in *China Cantonensem* Provinciam intravit, structáque domo & ædicula sacra primus Deo sacrificium Eucharisticum litavit.

*Posteri P. Riccius,*

*Rogerio* successit *P. Riccius,* qui inde in alias etiam Provincias *Kiangsi* & *Checkiang* transgressus, tum per scientias Mathematicas, tum per sanctam conversationem, magnum sibi virtutis ac scientiæ nomen apud omnes Regni optimates comparavit, tandemque viam in aulam Imperatoriam invenit An. 1600. In qua per annos 10. multis laboribus confectus & magnis pro Deo & salute animarum præclarè gestis *Peckini* obiit.

*P. Schall & Adjutores, Ex eadem Societate*

*P. Riccium* in officio Apostolico, & laboribus secutus est *P. Joannes Adamus Schall* Coloniensis, qui pariter ob Scientias Mathematicas, & sanctitatem morum ingentem sibi, totique rei Christianæ authoritatem, tam apud Magnates, quàm tres Imperatores conciliavit. Insigne Templum in ipsa Metropoli *Peckinensi* Deo construxit, & fidem Catholicam cum Sociis suis per totum *Sinense* Imperium adeo propagavit, ut intra annos 14. ultra centum millia sacro fonte lustrata sint. Tandem multis & magnis pro gloria Dei, & animarum salute actis & perpessis per annos 44. piissimè obiit Anno 1666. Insecuti sunt alii & alii è Societate eadem ultra centum ex variis nationibus Hispani, Lusitani, Itali, Galli, Germani, Belgæ, Poloni &c. *Fridericus Leutholf,* licet Catholicis non adeò favens, in Legatione Hollandica scribit, numeratos fuisse in China Christianos 156880. Templa PP. Dominicanorum 21. cum 2. residentiis: Templa PP. Franciscanorum 3. cum 1. sede: Templa PP. Societatis 159. Collegia 3. Residentias 29. præter alia 32. templa Episcoporum, sacerdotum de propaganda, aliorumque Missionariorum.

*Strenuè his collaborarunt. Aliorum Ordinum Viri Apostolici.*

Anno 1692. Imperator Sinarum, externa specie Ethnicus,

nicus, corde tamen Fautor Christianorum, nomine *Ammologban - Canghy*, post multas persecutiones, tandem Imperiali Decreto Liberum Christianæ Religionis exercitium in toto suo Imperio permisit, unde latiùs reflorescere cepit Ecclesia; sed hoc defuncto novus turbo tenellos adhuc flores demessuit, quando ejus Successor *Jung - Ching* toto Regiminis sui tempore perpetuus Christianæ legis inimicus, Christianos undique conquisitos, ad pœnas, mulctas, relegationes, supplicia, & mortem, etiam Regiæ familiæ, non paucos persecutus est, donec repentina quasi morte (ut refert *P. Philippus Sibin* S. J. Visitator Provinciarum Japoniæ & Sinarum in suis *Macai* datis Anno 1736.) sub mediam noctem, post expedita adhuc pridie Imperii negotia sublatus 7. Octobris Anni proximè elapsi 1735.

*Imperatori Jung - Ching è vivis sublato*

Novus nunc Imperator successit Filius defuncti quartò genitus, duorum Fratrum suorum, qui adhuc superstites vivunt, natu major, annos natus 25 (modò 29) mitissimi ingenii Princeps, miræ affabilitatis, ac propter insignem morum suavitatem omnibus charus, nomine assumpto moribus conveniente, *Kien - Long*, quod significat cœlestem in terris abundantiam & felicitatem. Faxit Deus, ut bona isthæc indicia sint affuturæ brevi serenitatis in Sinis ad favorem sanctæ Legis, majorem Divinam gloriam, & multorum millium animarum salutem.

*succeßit melioris spei Imp. Kien-Long.*

Accedit, quod Soror Matris ejus sit Christiana, & multi alii Principes ex Imperatoria familia utriusque sexus, qui ab Imperatore defuncto omnibus honoribus exuti, ad summam inopiam redacti, hactenus tamen fortiter in fide perstiterunt, & piorum Eleemosynis ex Europa submissis à Patribus nostris clam sustentati fuêre, & nunc meliora sperant ab Imperatore mitissimo.

*Soror Matris ejus est Christiana*

Item Magnus Colaus *Mà*, senex 84. annorum Socer moderni Imperatoris, sit amicus Europæorum, uti & Regulus XII. Imperatoris Patruus, qui à Patre defuncto detinebatur captivus, nunc omnino pristinæ libertati restitu-

*Favent socer & Patruus Imperatoris*

tus, & nominatus Præses Tribunalis Rituum, semper insignis fuerit Patrum nostrorum Patronus.

*Item Præses Tribunalis militiæ*

Quin etiam *D. Josephus* ex imperatoria Familia fervens Christianus, occultus tamen, nunc factus est Præses Tribunalis *Pìm pù*, sive armorum & militiæ. Propter has rerum temporumque circumstantias à Divina Providentia, ejusque immensa Bonitate multa bona atque felicia nobis eventura speramus, tametsi semper spemque metumque inter dubii, quia non à sola Imperatoris benignitate atque benevolentia omnia dependent.

*Mortuus resuscitatus in Prov. Xan-Si*

Paulò ante hoc tempus, scilicet Anno 1734. 21. Dec. Placuit Divinæ Providentiæ operari grande prodigium, in Provincia *Xan-Si* in Imperio Sinarum, resuscitando Gentilem jam Sarcophago inclusum; qui simul ac revixit, petiit *Baptismum*, affirmans, sine eo neminem posse salvari, ac deinde mensem integrum supervixit usque ad 21. Januarii Anni 1735.

Casus est certus & ab Illustrissimo *D. Episcopo Hephestrensi* Vicario Apostolico coram Testibus juratis examinatus & publico Testimonio confirmatus, cujus relationem Authenticam transmisit Romam prædictus Episcopus, & P. Sibin Visitator Provinciarum Japoniæ & Sinarum.

## §. XX.
## RELIGIO IN TARTARIA MAGNA.

*Menologium Magnum*

Sicuti Geographis de Tartaria, præcipuè Borealiore, parùm constat, ita etiam de Ecclesiasticis in ea rebus parva notitia, quam nobis suppeditat *Menologium Magnum* Ordinis *S. Francisci*, Authore *P. Fortunato Hueber* editum.

*Ordinis S. Francisci*

*Sequentes memorat,*

Anno 1245. quidam Ord. S. Franc. *Laurentius* Lusitanus ab *Innocentio IV.* unà cùm aliis sui Ordinis missus in Tartariam, *Magnum Cham Cublay* ad Christianam fidem adduxit, unà cum multis ejus subditis, & aliquot *Tartariæ Regulis*, ac Rege *Sartach* Imperatoris *Cublay* Fratre.

Anno

Anno 1278. alii ex eodem Ordine transierunt ad Tartaros *Vagabundos*, *Kalmackos*, *Lusackos*, *Mugales* inter Tartariam *Usbequianam* & Chinam, quorum multos converterunt.

Anno 1280. Tartaria Imperii *Quolibcus* fide suscepta, 4. Franciscanos Legatos misit ad *Joannem XX. Nicolaum III.* ut Socios peterent pro Tartariæ populis ut habent *Regesta Vaticana* n. 13. *Ad fidem conversos.*

Anno 1315. *Magnus Cham, Joannes* cum matre sua, & subinde fratre, baptizatus Domos Missionariis erexit.

Anno 1391. Bonifacius IX. novos ex eodem Ord. submisit in Tart. *Usbequianam.* Huc quoque venerunt postea *P. Chesaud.* P. Andrea, P. Rott, P. Gruber S. J. inveneruntque populos Christo deditos, sed superstitionibus infectos.

## §. XXI.

# RELIGIO IN INSULIS ASIATICIS.

## IN INSULIS JAPONICIS.

A prima *Japoniæ* ad Christum conversione facta per *S. Xaverium* ab anno 1549. usque ad annum 1630. sacro baptismate abluti sunt adulti 677909. quos inter censebantur *Reges sex*, *Regum filii* 4. aliæque Personæ nobiliores, Domi, Bellique insignes complures. Insuper *Franciscus Rex Bungi*, & *Bartholomæus Omuræ Princeps* missis *Romam* usque legatis, *Gregorio XV.* obedientiam solennem præstiterunt *Japonia à S. Xaverio. Primùm conversa* *Per Socios aliosque*

At postquam *Taicosama*, homo turpis & vafer, Imperatoris titulum & potestatem adeptus est, ab extirpandis regno Christianis suo Regimini initium dedit. Ingens tum Christianorum fide occisorum numerus, nec minor constantia fuit *Japonum* quàm *Exterorum*, in quos Tyrannus plusquàm barbarè desæviit. Præter plurimos etiam ex Regia familia, numerantur Augustiniani 5. Dominicani *Religiosos confirmata, à Taicosama afflicta,*

 17. Fran-

17. Franciscani 20. Jesuitæ 126. pro fide variis tormentis interfecti.

*Per Successores oppressa.*

Ab anno 1658. usque ad 1671. plures quàm 600. Viri fœminæque cum suis liberis pro fide occisi, plures in exilium ejecti, aut aliis ærumnis afflicti sunt. His tamen malis non absterriti plures Missionarii sub vario habitu & officio redierunt in Japoniam, ut periclitanti Ecclesiæ & tot animarum saluti consulerent. Donec tandem omnis in Japoniam Christianis intercluderetur aditus, statuta capitis pœna, nisi Patriæ Idolum, sectæ Japonicæ tesseram, è collo suspensam apertè circumferant, vel certè S. Crucem Christianorum symbolum pedibus conculcent.

*Et penitus profligata.*

*Terra Jedso*

*Visitata in cassum.*

*Japoniæ* versùs Boream proxima est terra *Jedso*, in quam per fretum *Sangar* est transitus brevis. In hanc terram, ejusque metropolim *Matsùmai* transiit *P. Hieronymus de Angelis* S J. Missionarius, reperitque indigenas admodum barbaros, eorumque linguam à Japonica, valdè diversam. Unde cum mediis omnibus humanis, ipsiusque linguæ notitiâ esset destitutus, re infecta, in Japoniam redire coactus fuit, ubi postea pro fide flammis exustus crudele martyrium subiit.

## §. XXII.
## RELIGIO IN INSULIS MARINIS.

*Insulæ plurimæ*

*Necdum satis notæ*

*Insulæ Marianæ*, propriè dictæ, jam notæ sunt 20. licet Nautarum testimonio inter *Japonicas* & *Marianas* longa Insularum series intercedat, & jam ultra 30. aliæ *de Pais* nominatæ, inter Marianas & novam Guineam versùs Austrum detectæ sint, quarum incolæ omnes uni parent Regi, multáque habent cum Marianis communia.

*Marianas Primus*

*Marianas* Primus detexit *Magellanes* Anno 1521. sed non lustravit, pugnans enim contra barbaros occubuit. Primus nomine Regis Hispani eas possedit An. 1565. *Michaël Lopez*, sed deficientibus fidei Magistris miseri Mariani ultra

ultra centum annos in Divinæ Legis ignorantia perstiterunt, donec anno 1665. *P. Ludovicus de S. Victore* S. J. voto facto, *Marianos* invisit, ibique brevi tempore ingentem numerum barbarorum sacro fonte lustravit, Seminaria & Ecclesias, sumptibus *Mariæ Annæ* Hispaniarum Reginæ, erexit tanto successu, ut spes non vana effulserit, omnium Insularum brevi convertendarum. Sed per *Chinensem* quendam *Bonzium*, Choco nomine, incolæ in furorem acti occiderunt *P. Ludovicum de Medina*, deinde *P. Franciscum Esqueram*, denique ipsum etiam *P. de S. Victore*, harum Insularum Apostolum. Ac post hunc adhuc undecim viros Apostolicos è Societate JESU, pluresque Indigenas Christianos, præcipuè Catechistas. Duravit hic furor usque ad annum 1696. quo identidem alii Europæi ex *Insulis Philippinis* subsidio venerunt, ac Hispani milites præsidiarii, quorum opera & armis fracta & multis cladibus attrita Barbarorum ferocia tandem Hispanorum Imperio, & Christianis legibus acquievit, porrò ad stabiliendam hanc Indigenarum quietem hucusque plurimùm profuerunt, instaurata de novo Seminaria, Scholæ & Ecclesiæ denuò erectæ, in quibus tenera juventus literis ac bonis moribus imbuta sensim Christianam fidem, vitamque humanam cum lacte imbibit, & utramque etiam Parentibus familiarem reddit. Ut bene sperare liceat, non solùm Marianas, sed & plurimas circum vicinas Insulas tum versùs *Japonicas*, tum versùs Austrum & novam Guineam, *Insulas de Pais*, paulatim Christi fidem suscepturas.

*Convertit P. de S. Victore,*

*Hoc cum aliis occiso*

*Semen fidei succisum*

*Reflorescit in spem*

*Vicinarum Insularum.*

## §. XXIII.
## RELIGIO IN INSULIS PHILIPPINIS.

*Philippinas* à *Philippo II.* Hisp. Rege dixit *Magellanes* inventor An. 1520. Harum ultra 10. millia censentur, 50. verò tantùm Hispanis subsunt, reliquæ proprios suos Regulos habent. *Insula Luzon* est omnium *Philippinarum* maxima.

*Philippinæ 50. conversæ*

maxima, cujus Metropolis est *Manila*, munita cum portu, sedes *Gubernatoris* & *Archi Episcopi*, cui subsunt tres *Episcopi* suffraganei in vicinis Insulis. In urbe *Manila* sex sunt Religiosorum *ordines*, cum *Academia*, *Seminario*, & Cœnobio *Monialium*, Christianorum aliquot millia.

*Reliquæ plures*

In cæteris Insulis Hispaniæ subjectis singula oppida & pagi habent sua templa, Musicam & Scholam erudiendæ juventuti congruam, quibus præsunt *PP. Augustiniani*, *Dominicani*, *Franciscani*, *Jesuitæ*. Ex sola Societate Anno 1680. numerati sunt plures quam 60. Missionarii, præter multos in Collegiis & Academiâ Manilana studiis occupatos. Etsi verò plerique Missionarii versentur in Insulis Regi Catholico subjectis, in alias tamen vicinas Insulas identidem excurrunt, ut deficientes ab Hispanis reducant, & conversos in fide confirment.

*Per missiones paulatim*

*Ad fidem ducuntur.*

## §. XXIV.

## RELIGIO IN INSULIS MOLUCCIS.

*Moluccæ Insulæ*

In Archipelago S. Lazari duæ sunt classes Insularum Moluccensium. *Una Majorum*, ad quam referuntur: *Celebes*, Terra dos Papous, *Gilolo*, *Ceram*, *Flores*, *Timor*. *Altera Minorum*: *Ternata*, *Tidor*, *Machian*, *Motir*, *Bachian*. His adnumerantur Insulæ *Amboinæ* & *Bandanæ*. Omnes has Insulas olim occupabant *Hispani* & *Lusitani*, quorum operâ *S. Xaverius* huc veniens, aliquot centena Barbarorum millia, etiam Reges eorumque familias ad Christum convertit, relictis post se Sociis adhuc plures, quorum tres à Mahometanis in odium fidei occisi sunt. Sed non ita nocuit rei Christianæ hic furor Barbarorum, quàm invasio *Hollandorum* in has Insulas valdè divites; ejectis enim inde armorum vi *Hispanis* & *Lusitanis*, cùm simul ejecti essent operarii Christiani, lucrum etiam cessavit animarum. Quin quod *Hollandi*, ne redire unquam valerent, Regem *Macazar* Insulæ Celebes primariæ peculiari pacto ac lege obliga-

*Conversæ à S. Xaverio,*

*Aversæ per Hollandos.*

ligârunt. Atque sic grandis ille fructus tot animarum succisus, nil nisi lolia agri per totum jam sæculum neglecti reliquit.

## §. XXV.
## RELIGIO IN INSULIS SONDICIS.

Harum potissimæ sunt 4. *Borneo*, *Sumatra*, *Java Major* & *Minor* inter 4. Freta: *Malaccense*, *Bantanum*, *Palambuanum* & *Calanduanum*. Omnes prorsus *Mahometicæ*, & fidem *Christianam* mordicùs exosæ. *Sondicas Mahometanas*

*In Insulam Borneo* quidem aliqui è Societate Missionarii olim, & nostro adhuc ævo semel iterumque clàm ingressi, semen Christianæ fidei alicubi sparserunt; at cùm nec sine suo, nec alieno periculo, diutiùs illud excolere possent, semper coacti sunt, inviti à bene ceptis desistere. In *Insulam* quoque *Sumatram* nonnulli è Societate penetraverunt, sed & bini PP. *Carmelitæ*, Lusitaniæ Legatum ad Regem *Achem* secuti, à perfido Barbaro proditi, & in vincula conjecti, cum Christum negare nollent, diù multúmque illusi & excruciati vita tandem exuti sunt pro Christo. *penetrarunt PP. Societatis, sed parvo fructu. Vel ejecti vel occisi.*

In *Javam* itidem *Majorem Insulam* subierunt plures è Societate, inter quos tres pro aliorum salute vitam suam posuêre, à Barbaris trucidati. Impunè tamen in his Insulis Hollandi mercantur.

## §. XXVI.
## RELIGIO IN INSULA CEYLON.

E Regione *Oræ Piscariæ* & *Promontorii Comorini* sita est Insula *Ceylon* inter nobilissimas totius orientis Insulas computata, dives gemmarum & aromatum optimorum, omnibus affluens deliciis, quasi Paradisus. Hanc Insulam olim occupârunt *Lusitani*, captis urbibus & oppidis Regulo- *Introducta per Lusitanos.*

*Et Patres Societatis,* gulorum in ora maritima, unaque fidem Christianam introduxerunt, quam strenuè propagârunt PP. Societatis, præcipuè *P. Antonius Socira*, qui annis ferè 40. hanc vineam excoluit, eamque demùm suo sanguine rigavit, una cum aliis duobus ex eadem Societate ab Idololatris pro Christo interfectus. Stetitque *Religio Catholica* donec *Hollandi Lusitanos* ex urbibus & castris vi & armis ejecerint, totâ ora Insulæ Maritima in potestatem suam redacta, factis insuper Regulis Insulæ Mediterraneæ sibi tributariis, quorum præcipuus est *Rex Candea* Mahometanus cum suis subditis, quamvis non pauci Idololatræ iis admixti sint. Atque sic *Hollandi* hodie ingens lucrum ac divitias inde trahunt temporales, de æterna salute animarum parùm solliciti.

*Expulsa per Hollandos.*

## §. XXVII.

## SECTÆ AC SUPERSTITIONES IN ASIA.

### I.

### *Schisma Græcorum in tota penè Asia.*

*Schisma Græcorum* Hoc non tantùm in Imperio Turcico, sed per totum Orientem disseminatum est, idque in varias sectas divisum. 1. Est *Melchitarum* sive Regalistarum, qui eos tantùm Græcos sequuntur, qui in Concilio Chalcedonensi favebant Imperatori, ùt vult Morery, tales hodie sunt *Syri* & *Cophtitæ*, qui licet Græci non sint, Græcorum tamen Schisma sequuntur.

*cum suis Sectis*

2. Est *Georgianorum*, qui in multis communicant cum Græcis, in aliquibus tamen differunt.

*per totum Orientem* 3. Est *Jacobitarum*, à quodam *Jacobo* Syro *Eutychetis* & *Dioscori* Discipulo. Talem sequuntur *Armeni*, *Cophti* & *Abyssini*.

4 Est

4. Est *Nestorianorum*, cujus Patriarcha sedet in urbe *Mosul*, & non tantùm per *Babyloniam*, & *Chaldæam*, sed per totum orientem disseminata est. *latè diffusum.*

5. Est *Christianorum* S. Thomæ, ùt falsò dictitant. Thomæi isti commorantur potissimùm *Meliapore*, *Negapatan*, *Cochin*, *Cranganor*, *Angamale*, aliisque locis Indiæ vicinis.

## II.

## *Mahometismus.*

Cujus Leges turpissimæ continentur *Alcorano* à *Mahomete*, & Sergio Monacho *Nestoriano* compositæ. Præter Alcoranum familiaris est Liber *Assona*, qui similis Hebræorum *Talmud*, & continet traditiones Turcis observari solitas. *Alcorani* interpres apud Turcas est supremus Mysta *Muffti*, aliæ nationes aliter interpretantur, hinc ejus variæ sectæ. *Pestilens hoc virus* *Tres ferè Orbis partes*

1. Est *Interpretis Melich*, quam sequuntur *Arabes* & *Mauri*.

2. Est *Interpretis Ali*, qui fuit *Gener Mahometis*, hæc etiam *Imeniana* dicitur, & est omnium maximè superstitiosa, quam tenent *Persæ*. *infecit & semina. Veræ fidei interimit.*

3. Est *Interpretis Omar*, quæ est omnium liberrima, *Turcis* usitata.

4. Est *Interpretis Odeman*, eaque simplicissima, quam sequuntur *Tartari*. Pestilentissimæ hæ sectæ *Mahometanæ* non solùm totam fermè *Asiam* & Insulas *Indiæ Orientalis*, sed etiam totam ferè *Africam*, & magnam partem *Europæ* suis fabulis & commentis dementavit, & ubi necdum dominatur clanculùm serpit, præcipuè inter Barbaros & Atheos.



## III.
## Secta Brachmanum, sive Gymnosophistarum.

*Deliramenta Brachmanum*

*In Indiis Orientalibus.*

*Vulgus captat.*

*Ob vitæ Austeritatem.*

Qui passim in *India Orientali* commorantur in sylvis contemplationi siderum & explorandis naturæ arcanis dediti. Aut in delubris habitant, fingunt Deum tres filias suas in terras misisse, ut ibidem propagaret genus suum inter mortales, atque ex hac stirpe & genere se oriundos *Brachmanes* jactitant, in cujus signum gerunt in humeris ad nudam carnem tria tenuia filamenta, quæ per totam vitam non deponunt. Quando publicè procedunt, alta voce de via omnes exesse jubent, & in summa veneratione sunt apud plebejos præcipuè, ob rigidissimam vitæ exterioris austeritatem, jejunia, macerationes, vulnerationes propriorum corporum. Interim Hypocritæ sunt infames & turpissimis vitiis dediti. Inter alios errores docent transmigrationem animarum, vel in alios homines, vel in bruta. Quodcunque animal occidere nefas est, etiam pulicem aut pediculum, hinc carnes quorumcunque animalium comedere vetant. Vaccas & Pavones summa veneratione prosequuntur.

## IV.
## Sectæ Idololatrarum.

*Idololatriæ superstitiones.*

Adorantium homines, bestias, dracones, serpentes, insecta, sidera, ipsosque malos Dœmones, eorumque statuas & figuras terrificas. Quorum passim ingens est numerus in India, China Tartaria, Japonia, Terra Jedso &c.

1. Quidem *Tartari Borealiores Lapponici* solem orientem adorant.

*In Magna Tartaria.*

2. Tartari *Chinenses occidentales & orientales* vel *Athei* sunt, vel supremum sacrificulorum, quem *Lama* vocant, instar Dei adorant.

3. *Tar-*

3. *Tartari Australiores* in regno *Tibet*, *Cascar*, *Tanchut*, *Cachemire*, valdè superstitiosi sunt, videnturque ex secta *Nestoriana* & *Mahometana* varios inter se commiscuisse errores.

4. *Siamenses* Deum quidem credunt, sed ex spiritu & corpore compositum, interim tamen Idola superstitiosè colunt, adeo quidem, ut teste, du Vallio, in toto regno *Siamensi Pagodum* sive Idolorum reperiantur facile 12. millia; sacrificulorum autem, sive *Talapojarum* supra 35. millia. In sola *Juthia* Metropoli supra 300. delubra, & in uno eorum 4. millia *Pagodum*. *In Regno Siamensi.*

5. In Regno *Pegu*, *Ava*, *Cochinchina Tunckino*, subditi ut moribus, ita & Religione differunt, sed multis superstitionibus immersi, frequentia etiam Idola colunt. *In Regno Pegu.*

6. *Chinenses* in tres potissimùm sectas dividuntur. *In Imperio Sinensi.*

*Prima* est *Literatorum*, *Jukia* dicta, qui unum agnoscunt Deum cœli terræque Moderatorem, cui solus *Imperator* immolat: præter hunc Spiritus quoque Montium, urbium, regnorumque protectores venerantur, absque ullo tamen exteriore cultu, nec ulla adorant Idola. *Confutium* tamen, quondam suæ legis ac doctrinæ Magistrum, certo honore in Fanis ad has Cæremonias exstructis prosequuntur. *Tres Sectæ Literatorum.*

*Secunda* est *Mediocrium*, *Siequia* dicta, Hi plerique Idola colunt in magnificis delubris: immolant *Bono spiritui*, ut benefaciat, & *Malo*, ne noceat: præsagiis, aliisque superstitionibus addicti. *Mediocrum Vulgi.*

*Tertia* est *Vulgi*, aut malæ fæcis hominum, *Laza* dicta, qui summum hominis bonum in voluptate constitùunt, nec quidquam post mortem superesse credunt.

7. *Japones* quoque à *Sinensibus* haud multùm differunt, & ipsi in complures sectas divisi. Suos sacrificulos vocant *Bonzios*, eorumque caput *Dairum*, qui sanctus Indigenis habetur, olimque ipsum *Imperatorem* dignitate præcede-

cedebat. Sua Idola vocant *Pagodes*, quorum celebriores ſunt Camis & *Fotoches*, & inter hos quoque duo *Amida* & *Xaca* olim Japoniæ Reges, nunc in Deorum numero coluntur.

*Sectis Asiæ Saraceni commixti.* 8. Sectis hactenus enumeratis ubique magno numero ſe miſcent *Hebræi* & *Saraceni* ex Judaismo & Mahometiſmo conflati, in Imperio *Turcico*, in *Perſia*, in *Tartaria*, in *China*, in utraque *India*, præcipuè in Emporiis, ubi confluunt totius *Aſiæ* nationes ac populi.

Atque hæc eſt miſeranda illa facies *Aſiæ*, Campi florentiſſimi in terrenis & populoſiſſimi: *Triticum* non niſi in agris probè excultis, at Zizania ubique in terris incultis ſua ſpontè creſcunt, & citò proficiunt, niſi ſervi Patrisfamilias frequenter exeant, ut eradicent.



CA-

# CAPUT V.

# Moderna Christi Ecclesia in Africa.

## §. I.

## PROVINCIÆ AFRICANÆ, IN QUIBUS CATHOLICA RELIGIO ALIQUAM STATIONEM HABET PER MISSIONARIOS.

MEdia *Africæ* longitudo Æquatori tota, Zonæque torridæ subest, quam antiquitas opinabatur inhabitabilem ob nimios solis æstus; sed sub auspiciis *Joannis I.* Lusitaniæ Regis Europæ aperta, magno deinceps labore ad Christianam religionem exculta fuit. Maxima quidem sui parte Mahometis superstitioni dedita est; numerat tamen amplissima Regna & in his præcipuè totum Imperium *Abyssinum* Æthiopiæ Christo initiatum, licet Græco Schismate, aliisque orientalium Hæresibus infectum. Pauculæ quædam Regiones Idolorum cultui addictæ, eæque recipiendo Christi semini aptiores. Primus è Societate An. 1548 P. *Joannes Nunnius*, & *Ludovicus Consalvius* Tingitanum Regnum excoluêre, qui *Septam* urbem delati multos ibidem ad fidem Christianam perduxerunt. In Regnum Congo missus P. *Georgius Vasquez* spatio quinque mensium supra quinque hominum millia Christo adjunxit, aliis subinde sociorum cooperatoribus submissis. In Imperium *Abyssinum* penetravit prædictus P. *Joannes Nunnius*, amplissima Patriarchatûs Æthiopici dignitate ornatus, cui defuncto successit P. *Andreas Oviedo*, multas ærum-

*Africa Mahometi dedita, & partim Idolis; partim Christo initiata.*

*Imperator Abyssinorum cum centum millibus Æthiopum convertitur.*

ærumnas perpessus usque ad Annum 1580. Hos in eadem sede Patriarchali Tertius è Societate P. *Alphonsus Mendez* secutus, præter Imperatorem Abyssinæ *Sequedum* Ecclesiæ adunatum, supra centum millia Æthiopum, unius anni 1628. spatio à Schismate traduxit. Nec destitêre deinceps socii cœpta difficilia, & valdè ardua prosequi, præsentissimis periculis animas objectando, qui in prædam Turcis cessêre, atque in acerbissimam captivitatem venditi, longam mortem in vinculis & ærumnis traxerunt. In *Angolæ* Regno Fidem Christi plantare cepit An. 1560. P. *Franciscus Goveanus*, laboribus ibidem suis immortuus, quem prosecuti socii, Regem *Banzæ*, cum primo Hærede Filio, multisque Proceribus Idololatris baptismo abluerunt An. 1581. donec à P. *Balthasare Barreyra* totum penè Regnum ad Christum conversum fuerit. In Regno *Monomotapa* P. *Gonsalvus Sylveria*, post Cafres Christiana fide excultos, & *Tongi* Regem baptizatum, Regémque *Inhamioris* cum Regina & octo prolibus ad eadem sacra inductum, ipsum denique Magnum *Monomotapæ* Imperatorem & complurium Regnorum Dominum, cum pluribus Procerum sacro fonte abluit, Mahometanorum artibus paulò post crudeli nece extinctus An. 1561. In Regno *Mocumbæ* à P. *Balthasare Barreyra* Rex conversus, multos suorum magnitudine exempli ad Baptismum attraxit. In Regno *Fez* & *Marocco* admirabilis fuit conversio Regis ipsius, qui sacerdos S. J. Romæ factus & cognominatus *Balthasar de Loyola* in Africam ad suos Christo lucrandos remissus, in itinere maritimæ navigationis ærumnis confectus, primos Apostolicæ Missionis conatus gloriosa morte coronavit Anno 1668. Quos hodiedum *Hispani* in Oris *Barbariæ* & *Mauritaniæ* prosequuntur. In *Nigritania* adhuc *Lusitani* antiquam suam stationem retinent in fortalitio *Catcheo* ad brachium *Nigri* fl. & *Societas Africana Gallorum* in Insula *Gorea* ad *Capo Verde*, ubi non tantùm commercia exercent, sed & religionem Christianam Indigenis instillant.

*Item Rex Angolæ,*

*Imperator Monomotapæ,*

*Rex Mocumbæ,*

*Rex Fessæ & Marochii.*

§. II.

## §. II.

# RELIGIO IN ÆGYPTO.

Miſerabilior adhuc eſt facies *Africæ*, quàm *Aſiæ*, atque inprimìs ut ab Ægypto *Aſiæ* proximâ, tanquam à fronte eam inſpiciamus. Ecce Ægyptum, quæ olim urbibus & habitatoribus Chriſtianis erat refertiſſima, nunc omnibus famoſæ Mempheos miraculis exuta, ſpoliata urbibus magnificentiſſimis, & populis Chriſtianis depopulata eam præfert faciem, quam vinea demolita, aut ager non incultus tantùm, ſed inſuper feris ſylveſtribus & apris undique devaſtatus. Omnes olim latebræ ſylvarum, rupium ſpelæa, ac montium ſolitudines animabantur Viris religioſis, ac Eremicolis ſanctiſſimis, civitates Epiſcopis ſacrâ doctrinâ & virtutibus clariſſimis; hodie nil niſi mera barbaries, & omnium Sectarum præcipuè Græcarum ſentina, & colluvies eſt Ægyptus deſolata.

*Ægyptus moderna*

*Antiquæ diſſimilis.*

In tota Ægypto duæ tantùm hodie ſuperſunt urbes, in quibus ſtationem aliquam retinet *Religio Catholica.*

*Sedes ſtabilis*

*Prima* eſt *Cairus*, Ægypti Metropolis, cum Titulo *Epiſcopali*, in qua *Galli*, *Veneti*, *Genuenſes* ſuos habent *Conſules*, & rei mercatoriæ *Præfectos*, & Mercatores ibidem reſidentes, quibus in ſacris aſſiſtunt PP. Capuccini, Franciſcani, & Soc. Jeſu Miſſionarii; habéntque *Galli*, *Veneti*, & *Genuenſes* ſinguli ſuas proprias Eccleſias, & apud eaſdem Religioſi ſua domicilia. Inſuper, præter modò dictos Catholicos, quibus *Cairi* ſtabilis eſt conceſſa ſedes, plerumque innumeri etiam alii *Hoſpites Catholici* ob frequentia mercimonia ibidem reperiuntur, adeò ut non rarò eorum aliquot millia in dictis Eccleſiis conveniant, & Sacramenta ſuſcipiant.

*multorum Catholicorum*

*in Urbe Cairo*

*Altera* eſt *Alexandria*, in qua è bis mille civibus, quorum tamen multa millia ſunt, centum ſemper Catholicos recenſeat D. Tevenot, præter plurimos, qui identidem eò veniunt, & diſcedunt Nautæ, Artifices, & Mercatores.

*& Urbe Alexandria.*

## §. III.

## RELIGIO IN BARBARIA ORIENTALI.

*Ecclesia Africana olim celebris funditùs excisa reliquias tenet Algerii Tuneti Tripoli captiva.*

*Barbaria* universim est longissimus *Africæ* tractus ab *Ægypto* usque ad mare *Atlanticum*, oræque maritimæ ad mare *Mediterraneum Europæ* objecta, quam ante *Gothorum* ac *Vandalorum* vastationes possidebant *Catholici*, ab uno *Archi-Episcopo Carthaginensi* & innumeris Episcopis gubernati, qui constituebant illam magni nominis *Ecclesiam Africanam*. *Prima* ejus pars Orientalis incipit à Regno *Barcan Turcico*, & terminatur finibus *Algerianis*, sive *Mauritania*. Totam occupant tres insignes *Piratarum* Respublicæ, sub protectione *Turcarum*, Mahometanæ Christianis infestæ, quos undique terrâ maríque insectantur. Nihilominùs his permixti habitant Christiani Catholici quàmplurimi Mercatores, præcipuè *Algerii*, *Tuneti*, *Tripoli*, & aliis quibusdam locis maritimis, præter innumeros captivos tum in carceribus, tum in navigiis pro mancipiis ad transtra condemnatos. In Regno verò Barcano Turcis subdito vix ullus est Christianis locus.

## §. IV.

## RELIGIO IN BARBARIA OCCIDENTALI, sive MAURITANIA.

*Catholici hinc inde in Imp. Fez & Marocco à Missionariis juvantur.*

Hanc à finibus *Lybiæ*, *Algerii*, *Freto Herculeo* & *Mari Atlantico* totam penè possidet *Imperator Fezzæ* & *Marocco* cum subditis *Mauris Mahometanis*. Sunt tamen aliquot Portus & Fortalitia in potestate Regis Hispaniæ, quorum præsidium militare cum suis capitibus & Magistratu constat ex Christianis *Catholicis*, quibus Sacra administrant Sacerdotes & Missionarii, qui etiam id officii captivis in Imperio, præcipuè *Fezzæ* & *Marochii*, alíisque urbibus præstant, quod sanctè præstiterunt 5. Martyres ex Ordine S. Fran-

Franciſci Anno 1219. & noſtro ævo *Thomas de Jeſu* Ord. Eremitarum S. Auguſtini, huic officio immortuus. Porrò Loca *Hiſpanis* ſubjecta & Catholicis frequentata ſunt:

*& conſervantur in Præſidiis Poteſtatis Hiſpanicæ.*

*Marzalquivir* Portus magnus cum caſtro munito & Cath. Præſidio.

*Mellila* urbs munita cum portu & præſidio Cath. in regno Fezzæ.

*Oran*, urbs munita cum portu.

*Pennon de Velez*, Rupes velia munita.

*Zeuta*, urbs Epiſcopalis, munita cum portu ad fretum Herculeum.

## §. V.

## RELIGIO IN REGNO GUINEENSI.

*Guinea* in latiore ſenſu accepta, à Regno *Biafara* uſque ad Montana *Leonum*, Sierra Liona, per longam oram extenditur. Hujus *Regem*, unà cum duobus ejusdem *Fratribus*, itidem Regulis, & horum *Sorore*, magnóque ſubditorum numero baptizavit P. *Balthaſar Bareyra* S J. Anno 1606. Circa idem ferè tempus PP. *Carmelitæ* multos vicinos *Biafares* ad fidem Chriſtianam perduxerunt, ùt tradit *Hazartus* in ſua Hiſt. Eccleſ. unde ex omni parte huic regioni latiſſimæ illata eſt Chriſti fides, & eouſque conſervata, donec *Gallis* & *Luſitanis* ejectis ſupervenerint *Angli*, *Hollandi*, *Dani*, *Sueci*, *Coſtam auream* occupantes, atque ſic vinea Domini diſcerpta ſylveſcit. Interim tamen ſpes recolendæ non intercidit. Teſte enim *de la Croix*, *Luſitani* ex ora *Guineæ* expulſi, & in interiora Terræ introgreſſi cum Indigenis fœdus ſanxerunt, hodiéque commercia exercent, multóſque incolas & Regulos aliquot, prout idem La Croix in ult. relatione refert, converterunt.

*Guinea fermè tota à Luſitanis converſa ab Anglis, Hollandis, Suecis, everſa reſurgit.*

## §. VI.

## RELIGIO IN REGNO CONGO.

*Fides Catholica*

*Introducta & aucta*

*per Joan. II. & Joan. III.*

*Lusitaniæ Reges*

*Congo* pars est Æthiopiæ occidentalis, quam Anno 1484. sub *Joanne II.* Lusitaniæ Rege primus detexit Jacobus *Canus* Navarchus, qui Regem Congensem eò permovit, ut quosdam è suis Nobilibus *Lisabonam* miserit in rebus fidei Catholicæ instruendos, qui postea baptizati in patriam redierunt cum aliquot PP. *Dominicanis*. Rex ipse primus post Principem cognatum, cum Filio suo, & multis Aulicis ac Nobilibus sacro fonte lustratus, magnam subditorum suorum partem post se traxit. Cùm verò subsequentium Regum fervor tepesceret, *Joannes III.* Rex Lusitaniæ Anno 1547. quatuor PP. S. J. submisit, qui denuò annis multis Regnum excoluêre vario successu inter bella & pestem tum corporum tum animorum, ùt fusiùs scribit *Hazartus*. Inter hæc tamen constitit Catholica fides usque ad hæc nostra tempora, utì testatur *Baudrandus* ex variis Authoribus, & quidam Capuccinus Missionarius & Superior Ordinis in Regno Congensi.

## §. VII.

## RELIGIO IN REGNO ANGOLA.

*Regnum Angola*

*à Lusitanis occupatum*

*in fide crescit*

*Angola* altera pars est Æthiopiæ Occidentalis & Regni *Congo*, sed per potentiam Reguli *Angola* dicti regnum evasit proprium. Qui *Lusitanos* iteratò vi & armis aggressus, sed semper victus, iis cedere coactus est. Exinde *Lusitani* exstructo insigni munimento ad *Coanzam* fl. toti Regno dominari ceperunt, & mox in *Angolam* ad prædicandum Barbaris Christi Evangelium An. 1558. submiserant quosdam sacerdotes, quibus deficientibus paulò post substituti sunt PP. S. J. Missionarii, iidemque exstructo domicilio stabiles usque ad hæc nostra tempora in Regno *Angola* perseverant. Et in conversione Æthiopum magno

rei

rei Catholicæ proventu laborant, quod ipsum hodie magnus Æthiopum numerus testatur Religioni Catholicæ adscriptus. Ad confinia Regni *Angola* & Regni *Congo* commodè adjacet Insula *Loanda* Lusitanorum commerciis opportuna cum urbe S. Pauli de Loanda, munita cum portu capaci ex toto Catholica.

## §. VIII.

## RELIGIO IN UTRAQUE ORA CAFRARIÆ.

*Cafraria* est duplex ora Maritima circa Promontorium bonæ Spei: *Una Occidentalis*, quæ à Regno *Angola* versùs Austrum descendit ad dictum Promontorium, in ea vix invenit locum Christiana Religio hactenus: *Altera Orientalis* quæ ab eodem Promontorio ascendit usque ad *Mozambicum* ubi est statio *Lusitanorum* in Insula Zofala. Item urbs *Mongalo* Æthiopum, cum Fortalitiis eorundem Lusitanorum, *Tete*, *Sena*, *Tuama* ad flumen ejusdem nominis, ut habet *Samson*. His in locis est præsidium *Lusitanicum* ex militibus *Catholicis*, & subinde occasio reducendi Æthiopes & Cafros ad fidem Catholicam. Occupârunt *Hollandi* An. 1650. partem terræ ad promontorium *bonæ Spei*, quam expulsis inde *Lusitanis* à Cafris Occidentalibus *Hottentotis* pecunia coëmerunt, exstructoque duplici munimento vectigales sibi fecerunt omnes omnium nationum naves ex *Europa* in *Indias* transeuntes, & inde huc revertentes, cum magno suo commodo & lucro, quot autem Cafros aut Æthiopes ad fidem Christianam reduxerint, nihil constat, ut advertit *Schererus* in sua Geographia.

*Cafraria Occidentalis* *Inculta manet*

*Orientalis excolitur*

*Hollandi tenent*

*Promontor. Bonæ Spei*

## §. IX.

## RELIGIO IN ORA ZANGUEBARIA.

*Zanguebar* est Regio longissima plurium Regulorum Æthio-

*Regio Zanguebar*

Æthiopum in ora Maritima à *Mozambico* usque ad Regnum *Ajan* protracta, quos tamen *Reges Lusitaniæ* per Architha- lassos suos sibi fecerunt tributarios. Horum primi fuêre: *Petrus Cobillonius*, qui *Goa* redux *Zofalam* appulit Anno 1486. Post hunc *Vasquez Gama* venit *Mozambicum* Anno 1498. Exinde *Thomas Lopez Mozambicum*, *Zofalam*, & *Melindam* revisit, & tandem *Franciscus Almeida* An. 1506. *Quiloam*, *Mombazam*, *Melindam*, & *Archedivam* occupavit, quos subinde plures identidem subsecuti sunt, qui unà secum Fidem *Catholicam* in eas terras invexerunt per Viros Apostolicos ex ordine S. *Augustini* & S. *Dominici*, quorum hi posteriores in eum finem *Mozambici* Monasterium condiderunt, unde postea prodierunt Missionarii Zelosissimi, qui per totam hanc regionem ubique Christianam legem divulgârunt, etiam sanguine profuso non pauci à Barbaris interfecti. Ut habet Hazartus. Huc primus è S. J S. *Franciscus Xaverius* ad Indos transiturus venit An. 1541. cumque navis Archithalassi *Alphonsi Sosæ* uno alterove mense ad curanda ægrorum corpora *Mozambici* perstitisset, usus ea occasione Xaverius ægris in Nosocomio ipse quoque morbo correptus inserviit, simulque Æthiopes, ubicunque potuit, fide Christiana imbuit, quod ipsum præstitit *Melindæ* & in Insula *Socotora*.

*à Lusitanis occupata*

*Missionariorum sanguine rigata crevit*

*S. Xaverio promovente*

*Xaverium* subsecuti sunt plures è S. J. Missionarii, qui ope *Lusitanorum Mozambici* Domicilium erexerunt, unde in omnem latè regionem numerus Christianorum auctus est, porrò loca in quibus etiamnum viget religio Catholica sunt: urbes *Barraboa* & *Quilmance* Lusitanis Tributariæ, in quibus multi sunt *Christiani* indigenæ & *Lusitani* *Capo del Gado* & vicina Insula *Quirimba*, ubi multa millia PP. Dominicani baptizârunt.

*& sociis in urbes*

*& Regna propagata*

*Melinda* caput regni, in qua per PP. *Augustinianos* multi conversi.

*Mombazza* cum regulo Lusitanis tributario, in qua non pauci Christiani.

*Mon-*

*Mongalo*, in qua multi Christiani.

*Mozambique*, caput regni cum regulo Christiano & subditis.

*Quiloa* urbs cum suo regulo & subditis.

*Zofala* & *Zanzibar* Insulæ cum regno, unde per flumen *Cuamam* aditus in *Monomotapan*.

## §. X.
## RELIGIO IN IMPERIO MONOMOTAPA.

Imperii amplissimi & ditissimi hujus *Regem* ejusque Matrem, cum aliquot proceribus An. 1561. baptizavit P. *Consalvus Sylveira* S. J. quem postea instinctu *Mahometanorum* strangulatum in mare demergi jussit Rex Impius, postquam Regem *Tonge* cum tota familia abluerat sacro fonte, & Regem *Inhamior* Christiana fide instruxerat. Post mortem viri hujus Zelosissimi subsidio Christianis relictis submissi sunt Missionarii octo, PP. Dominicani 2. PP. Societatis sex, è quibus duo tantùm è lamentabili naufragio superstites in Monomotapan pervenerunt, post hos adhuc tres è Societate, qui post multos Æthiopes ad Christum conversos, tandem & Ipsi miseriis ac laboribus consumpti sunt. Ita P. Hazartus in Hist. Eccl. Quid interea & nostro hoc tempore circa religionem ibi actum sit non constat. Nicolaus *Samson* in descriptione *Monomotapæ* ait religionem Christianam in *Aula Imperatoris* exosissimam, tandem in gratiam *Lusitanorum* toleratam.

*Imperator cum Matre*

*Rex Tonge & Inhamior*

*à P. Sylveira baptizati*

*plures Missionarii*

*inedia consumpti.*

## §. XI.
## RELIGIO IN IMPERIO ABYSSINO.

Hoc Imperium amplissimum superioris *Æthiopiæ*, olim ab Ægypto usque ad Imperium *Monomotapa* extendebatur,

*Eunuchus R. Candacis*

debatur ; sed hodie magnam illi partem ad sinum Arabicum *Turcæ*, & ad lacum Zaire *Monemugi* abstraxerunt.

*Primus in Abassia* Quidam Authores putant *Eunuchum Reginæ Candacis* à *Philippo* baptizatum, fuisse primum Legis Christianæ in Æthiopia promulgatorem, uti habet *Chronicon* quoddam Abyssinorum. *S.Fidem promulgat* Quam, teste Rufino, *Frumentius* Episcopus à S. *Athanasio* Episcopo Alexandrino in Abassiam missus, cùm corruptam Hebræorum Cæremoniis reperisset, Ecclesiæ Romanæ conformâvit.

*Schismatici turbant* Deformârunt eam postea, teste Baronio circa Annum 612. *Græci Schismatici* erroribus *Dioscori*, & *Eutychetis*, usque ad *Concilium Florentinum* Anno 1200. cui interfuere Episcopi Schismatici, qui omnes tunc Romanum Pontificem totius Christianitatis caput agnoverunt. Unde anno sequenti *David* Imperator Abassiæ per suos Legatos à *Clemente* V. Patriarcham quidem expetiit, sed à Schismaticis immutatus, *Marcum* Patriarcham Alexandrinum Schismaticum evocavit, à quo perversa *Abassia*, nutavit in pluribus Imperii successoribus usque ad annum 1550. *Seltam Sequed* *Fidem restituit* circa quod tempus *Seltam Sequed Imp.* Romano Pontifici obedientiam præstitit, & Patriarcham ac Episcopos accepit, unà cum pluribus Missionariis S. J.

*sed Filius Facillada* Verùm Filius ejus *Facillada* successor, ut pristinos gentis ritus in toto Imperio restitueret, omnes Ecclesiæ Romanæ addictos, aut morte crudeli è medio sustulit, aut *rursum evertit* in exilium ejecit. Inter quos plures fuerunt è Societate, & aliquot ex ordine S. Francisci.

*per Monachos Schismaticos* Quis nunc Religionis Catholicæ status sit in *Abassia*, non constat, nisi quod D. *Tevenot* ex ore Legati *Abyssini* hausisse memorat: scil. majorem inibi subditorum partem Ecclesiæ Romanæ esse addictam. Interim tantùm esse numerum Monachorum Schismaticorum in Abassia, ut toti Imperio turbando sufficere valeant.

§. XII.

# §. XII.
# RELIGIO IN NIGRITANIA.

*Regio Nigrorum* ſecundum utramque *Nigri* fluminis ripam à Promontorio *Viridi* usque in ipſum meditullium *Africæ* protenditur. *Primi Luſitani* unà cum commerciis Chriſti fidem in hanc regionem intulerunt. An. 1492. cum enim *Rex Jalofum* Gentis circa oſtia *Nigri* fluminis à ſuis conſanguineis regno exutus, ad Regem *Luſitaniæ* confugiſſet, baptismo cum ſuis aſſeclis ſuſcepto cum claſſe 20. navium Bellicarum ductore Petro *Vazio* reverſus, rem Chriſtianam in ſuo regno propagavit, quem tamen ipſe *Vazius* poſtea in amentiam, ut creditur, lapſus pugione confodit.

*Per Luſitanos Rex Jalofum ad fidem converſus.*

Feliciorem ſucceſſum habuit fidei propagatio in Regno *Tora* per P. *Balthaſarem Barreyra* S. J. qui jam multorum annorum Miſſionarius *Angolanus*, & in Montanis *Leonum*, ubi Regem & Regulos aliquot converterat, etiam regnum *Tora Jalofis* vicinum aggreſſus Anno 1610. Regem primò Gentis illius, cum potiore ſubditorum parte ad Chriſti fidem perduxit, ac Idolis paſſim dejectis templa ſacra adſtruxit.

*Per Barreyram Rex Tora*

Hunc Virum Apoſtolicum videre cupiebat *Philippus* III. Rex Hiſpaniæ: evocatus igitur in Hiſpaniam Barreyra, cùm multa cum Rege de rei Chriſtianæ in Africa ſtatu contuliſſet, in *Luſitaniam* tranſiit, ubi congregationi Provinciæ ſuæ interfuit, in qua cum ageretur de Miſſione Æthiopica aliorum curæ permittenda, ipſe obortis lacrymis, ac genuflexus tamdiu inſtitit, donec reditum ad ſuas oviculas impetrâret; quò etiam jam 70. annorum ſenex vegetus ac ſpiritu plenus navigavit, expletisque ibi in conſueto munere adhuc annis 10. tandem multis, magnisque meritis cumulatus ex hac vita piè deceſſit.

*P. Barreyra redux ex Hiſpania & Luſitania plures convertit.*

Retinent hìc *Luſitani* antiquam ſuam ſtationem in Fortalitio

*Lusitani & Galli* talitio *Catcheo* aliisque locis, in quibus cum Indigenis commercia exercent, & religionem Christianam usque hodie promovent.

*stationes retinent* *Societas* etiam *Africana Gallorum* sedem habet stabilem in Insula *Gorea*, cum duobus Castellis munitis, ibidemque Religionem Catholicam conservat.

Quin & Hollandi & Angli huc penetrârunt, ut An. 1700. ex Anglia scribitur: *Societas Africana per Flumen Nigrum sensim penetrat ad Africæ interiora, jamque occupatur in erigendis aurifodinis*; quantum autem in fide, non constat.

## §. XIII.
## RELIGIO IN INSULIS AFRICANIS.
### IN INSULA MADAGASCAR.

*Semina fidei* Nunc Insula *S. Laurentii* dicta, est totius *Africæ* maxima, *Mozambico* distans Leucis Germanicis 70. circiter.

*In hac Insula* In hanc circa annum 1594. unus ex ordine S. *Dominici*, sed brevi post à Barbaris veneno interemptus, teste *Hazarto*. Exinde etiam *Galli* exstructo in parte Australi Insulæ Fortalitio *Delphino*, & altero S. *Augustini* ad sinum *penitùs suffocata* ejusdem nominis sedem fixerunt, sed postea, ut fama fert, utroque relicto in Insulam vicinam *Bourboniam* immigrârunt.

## §. XIV.
## RELIGIO IN INSULA BOURBONIA.

*feliciùs crescunt* Olim *Mascarenha* à suo Inventore dicta, 80. Leucis distans ab Insula *Madagascar* versùs Ortum, à *Gallis* occupata & insigniter culta. Duas enim hic Colonias, propè *In Insula Bourbon.* divites argentifodinas constituêre, unam ad oppidum S. *Dionysii*, alteram ad oppidum S. *Pauli*, ubi frequentiores sunt Incolæ Catholici cum præsidio Gallico, præter plura mancipia ad labores subeundos ex Æthiopia huc traducta.

§. XV.

## §. XV.
## RELIGIO IN INSULA S. THOMÆ.

Hæc Insula *Æquatori* subjecta in mari Æthiopico ad caput *Lupi Gonzalez*, subest Dominio *Lusitanorum*, qui eam An. 1405. primi ceperunt. Urbs Insulæ *Povasan* Episcopalis, nunc *S. Thomæ* dicitur, castello munita, ab Hollandis quidem An. 1641. vastata, sed à *Lusitanis* restaurata; Incolæ ejus potissimi sunt *Catholici*. *Religio vexata ab Hollandis & Anglis*

## §. XVI.
## RELIGIO IN INSULA ANNOBON.

*A Lusitanis* sub Anni initium capta nomen accepit *Boni Anni* in mari Æthiopico, non procul ab Insula S. Thomæ. Est in ea unus & alter vicus cum castello, quorum Incolæ Æthiopes subsunt Lusitanis partim Christiani. *defenditur à Lusitanis*

## §. XVII.
## RELIGIO IN INSULA PRINCIPIS.

Hæc ad sinum *S. Thomæ Æthiopiæ* Occidentali vicina, subest Dominio Lusitanorum, exculta satis cum oppido & vicis aliquot, quorum Incolæ plerique sunt Catholici. *& indies roboratur*

## §. XVIII.
## RELIGIO IN INSULIS HESPERIDUM.

Nunc à *Cabo de Verde*, seu Promontorio Viridi virides dicuntur, cui vicinæ ad Occasum objacent. Earum plurium 10. sunt alicujus nominis, quarum primaria est Insula S. *Jacobi*, cum Metropoli ejusdem Nominis, sede *Episcopi* & *Gubernatoris Lusitanici*, cui subsunt Insulæ, earumque Incolæ Catholici. *Lusitanorum Catholicæ*

## §. XIX.
## RELIGIO IN INSULIS FORTUNATIS.

*Hispanorum Catholicæ*

Nunc *Canariæ* in Mari *Atlantico* Africano littori, sive Promontorio *Bojador* vicinæ. Earum præcipuæ 7. Regi Hispaniarum subjectæ, omnes ab Incolis Catholicis habitatæ. Primaria dicitur *Canaria*, cujus Metropolis est urbs *Palma*, sedes Episcopi & Gubernatoris.

## §. XX.
## RELIGIO IN INSULA MATERA.

*Lusitanorum Catholica*

Olim *Cerne* dicta, in eodem Mari *Atlantico*, sub Dominio Regis Lusitaniæ. Insulæ primaria urbs est *Funchal*, præter hanc sunt alia duo oppida: *Moncrixum*, & *Fanum S. Crucis* cum 36. Parochiis Catholicis. Ab hac tribus Leucis distat Insula *Portûs sancti* pariter Catholica.

## §. XXI.
## RELIGIO IN INSULA SOCOTORA.

*Partim Genuensium partim Gallorum*

Hæc Insula *Bonæ* urbi ad Boream objecta, ejusque littori vicina, in qua Fortalitium habet *Familia Nobilis Genuensium*, etiam *Galli* Propugnaculum obtinent ad tutelam sui cum Barbaris commercii & Piscationis Margaritarum & Corallii, unde multi milites præsidiarii & Piscatores Catholici hic reperiuntur.

## §. XXII.
## RELIGIO IN INSULA PENTELEREA.

*Hispanorum Catholica*

Olim *Cassyra*, non procul à Promontorio *Bonæ*, sub Dominio Hispanico cum oppido & arce, cujus Cives & præsidiarii milites sunt Catholici.

§. XXIII.

## §. XXIII.
## RELIGIO IN INSULA LIMOSA.

Olim *Æthusa* Insulæ Lampedusæ vicina, itidem sub Dominio *Hispanorum*, paucos quidem habet Incolas, attamen omnes Christianos Catholicos. *Hispanorum Catholica.*

## §. XXIV.
## RELIGIO IN INSULA LAMPEDUSA.

Hæc Insula *Regno Tunetano* ad Ortum opposita, ad Siciliam & Dominium *Hispanorum* refertur. Est hìc oppidum cum Templo *B. Virginis Drepanensis*, quod Incolæ honori ejusdem, & statuæ ex Insula *Cypro* huc vi tempestatis appulsæ ædificarunt, ut gratos se illi sisterent pro multis magnisque beneficiis eo tempore, quo in hac Insula substitit *Deiparæ* statua, ab ea receptis. *Celebris statua B. Virginis miraculosa*

## §. XXV.
## RELIGIO IN INSULA MELITA.

Nunc *Malta*, à tempore, quo ab Insula *Rhodis* huc venerunt & à *Carolo V. Imp.* stabiliti Equites Hierosolymitani, est antemurale totius *Italiæ* fortissimum inter *Siciliam* & *Tripolim Barbariæ* ab illa distat milliaribus 60. ab hac milliaribus 190. In ea sunt urbs Malta Episcopalis, urbs Valetta & urbs S. Michaëlis; quæ non tantùm natura & arte munitæ, sed tribus insuper munimentis S. Elmo, S. Angelo, & Turre della Bocca defenduntur. *Sedes M. Magistri Equitum S. Joannis*

# §. XXVI.

# SECTÆ ET SUPERSTITIONES AFRICANORUM.

## I.

## *Schisma Græcorum.*

*Variæ species*

Et hoc multiplex secundum omnes suas species reperitur in *Ægypto*; sunt enim in ea *Georgiani*, *Armeni*, *Melchitæ*, *Nestoriani*, *Jacobitæ*, qui postremi non tantùm in *Ægypto* reperiuntur, sed etiam in *Nubia* & *Abassia*, ubi omnes Ecclesiæ pro suo *Patriarcha* agnoscunt *Alexandrinum*, etiam ipse *Abassiæ* Patriarcha cum omnibus suis *Episcopis*, totóque *Clero* & innumeris *Monachis*; sed *Græco-Schismati* copulârunt complures *Mahometis* fabulas, & ritus *Hebræorum*, circumcisionem cum Baptismo: Sabbathum cum die Dominica colunt: servant rigidissimum 50. dierum jejunium, & pœnitentiam pro suis delictis agunt severissimam, adeò ùt à Sacerdotibus usque ad sanguinem læsi omnia dura patientissimè sustineant. Hodie multis in locis, ubi Turcarum Imperio subsunt *Abyssini*, mores quoque ac sectam Mahometanam passim assumunt.

*Græci Schismatis* *In Nubia, Abassia,* *Ægypto, aliisque locis.*

## II.

## *Mahometismus passim.*

*Mahometismus dominatur*

*Mahometani* sunt Incolæ potiores *Ægypti*, *Barbariæ*, *Mauritaniæ*, *Biledulgerid*, & *Lybiæ*: Eandem sectam tenent, qui incolunt regionem interiorem oræ *Zanguebariæ*, orámque occidentalem sinûs *Arabici*, ùt vicina regna *Ajan* & *Abex*. Hæc ipsa secta sensim irrepit in *Nigritaniam* & *Æthiopiam* occidentalem, in regna *Guiennæ*, *Congo*, *Angolæ*. Neque enim, ut ait, *Scheverus*, inter omnes sectas & superstitiones, ulla apud Barbaros & Idololatras faci-

*In omnibus ferè regnis*

liùs

liùs locum inveniat, quàm *Mahometiſmus*, quia hic maximè blanditur carni & ſanguini, atque in otio militari totum ſuum ſtudium reponit. Econtrario ingens eſt difficultas ejusmodi barbaros beſtiarum more viventes, ac vitiis innutritos, ad veram religionem traducere, quæ rationi conformis ſuadet æterna & carni contraria, vitia fugere & virtutes ſectari Chriſtianas.

*Totius Africæ & latiùs ſerpit.*

## III.

## *Secta Idololatrica.*

Præter alias multas ſuperſtitiones *Idola* colunt, interiores *Nigritani*, *Guineenſes*, *Monœmuchi*, *Monomotapani*, aliique vicini *Æthiopes:* uti & Inſulani *Madagascarenſes* cum reliquis Inſulis minoribus Archipelagi Laurentiani.

*Idololatræ plures.*

## IV.

## *Secta Atheiſmi.*

Multi etiam *Athei* inveniuntur in locis præſertim deſertis Africæ, maximè tamen in utraque *Caſraria* orientali & occidentali, quos Europæi *Hotentotas* vocant, & beſtiis ſimiliores ſunt, quàm hominibus, cùm nullam habeant alicujus Religionis ſpeciem.

*Athei multi.*

## V.

## *Secta Hebræorum.*

*Horum* ingens, ut & *Saracenorum* multitudo reperitur in tota fermè *Africa*, præcipuè tamen in *Ægypto*, *Barbariâ*, *Mauritaniâ*, *Abaſſiâ*, iis maximè locis, ubi vigent commercia, & frequentiora ſunt Emporia & Mercatorum omnis nationis conventus.

*Hebræi pluſrimi.*

CA-

# CAPUT VI.

# Moderna Christi Ecclesia in America.

*Immunis à Mahometismo, Idololatriam & artes Magicas colit.*

AMerica tota Mahometicæ superstitionis omninò expers videtur ex eo, quod veteribus penitùs inexplorata, duobus abhinc sæculis aperiri cepit: hinc omnibus latè provinciis sola regnaverat Idololatria, abominandis ideò superstitionibus fœdata, divinum cultum vilissimis, quibusque rebus & bestiis ac Dæmonibus in horribili forma apparentibus divinos honores concessit: nullibi artes Magicæ majore in usu vel pretio, quarum artifices passim Deorum loco habebantur. Etiamnum etiam plurimi *Americæ* populi ( si Chilenses, Peruvianos, Paraquarios, Brasilos, novos Hispanos, Mexicanos, Lovisianos excipias, à Lusitanorum, Hispanorum, Gallorum armis perdomitos) cæteri adhuc omnis omninò Politiæ expertes, nullâ lege, nullâ republicâ aut civilitate adstricti, promiscuè inter se ferarum more viventes, degunt in sylvis, & communiter cum belluis spelæa incolunt, nullo cibo, nisi carnibus venatu aut piscatu apprehensis, herbísque spontè nascentibus victitant: nec alterius ferè edulii appetentiores, quàm quod ex humanis carnibus apparatur. Unde perpetua inter eos latrocinia, & internecina sunt bella, captósque hostes gulæ suæ immolant, & dapsiliter depascuntur.

*Anthropophagi cum bestiis in sylvis degunt.*

*In hanc* igitur (ut verbis S. Leonis Papæ serm. 1. de SS. Petro & Paulo utar (*frementium bestiarum sylvam & turbulentissimæ profunditatis Oceanum, ubi diligentissimâ superstitione habebatur collectum, quidquid uspiam fuerat vanis erroribus institutum, ubi solus Dæmonum cultus, & omnium*

*sacri-*

*ſacrilegiorum impietas* ſtabulabatur, ingreſſi ſocii, pluſquam ullibi terrarum exhauſêre laboris, ærumnarum, difficultatum, & ſanctâ quâdam conſtantis animi pertinaciâ vexillum crucis eò intulêre, quò Regia Hiſpanorum ſigna, nullis hactenùs armis, nullâ vi aut arte penetrare potuerunt: ſicut vix ulla cognitæ hucusque *Americæ* ſit provincia, quæ culturâ Chriſtiana careat, hodiéque operarios Apoſtolicos non habeat veritatis Magiſtros, & cœleſtium myſteriorum interpretes.

*Plùs cultura Chriſtiana, quàm arma, confert ad converſionem.*

Verùm alia hìc à reliquis mundi plagis agendi Methodus ineunda Miſſionariis, diverſa penitùs animos Barbarorum verſandi ratio, qui omnis humani convictûs inſueti, docendi prius erant, quæ rationalium hominum vitæ congruant, quàm inſtitutione Chriſtianâ imbuerentur. Hinc principium operæ collocatur in Barbaris, à vagabunda ex montibus & ſylvarum ſpeluncis vitæ conſuetudine abducendis, & ad communem humanæ ſocietatis convictum pelliciendis; quibus deinde in colonias pagatim & oppidatim diſtributis, mapalia exſtruuntur, deinde agricultura & artes Mechanicæ traduntur & exerceri docentur. Quarum uſu & utilitate capti, pronisſimas cœleſti doctrinæ aures præbent, & Magiſtros ſuos tenerrimo amore & veneratione privatim & publicè proſequuntur. Atque hic ferè mos eſt totâ latè Paraquariâ, Urvaicâ, Paranâ, Toucumaniâ, Amazonum & Braſiliæ regionibus, quo tot tamque ingentia lucra animarum exiſtunt, & mira patrantur, quot nusquam alibi, poſt *S. Xaverium*, ultimis hiſce ſæculis viſa ſunt, prout recenſentur in vita *P. Joſephi Anchietæ*, & aliorum *Americæ* Virorum Apoſtolicorum.

*Modus convertendi Americanos.*

## I.

## *Modernus Eccleſiæ Status in America Boreali.*

*America* in duas continentes à Geographis ſolet dividi Borealem & Auſtralem; parùm enim abeſt, quin in

*Duæ partes Americæ Australis Borealis.* duas partes ab Oceano sit secta, nimirum ad *Panamam*, & *Nombre de Dios*, ubi exiguo Terræ tractu prohibetur confluxus Oceani *Pacifici* & *Atlantici*. De Boreali hìc erit sermo, & de Insulis eidem circumjacentibus: Hæc pars Americæ Borealis continet in se 7. vastissimas Regiones:

*Regiones Boreales.*

1. *Mexicanum* Regnum, sive *Mexico* cum 3. Gubernamentis & 18. Provinciis.
2. *Novum Mexicum* cum 25. Provinciis.
3. Regionem *Lovysianam* Gallorum.
4. Regionem *Pentilimnis* Gallorum.
5. Regionem *Canadam* Gallorum.
6. Regionem *Floridam* & *Virginiam*.
7. Novam *Britanniam* Anglorum.

## §. I.

# RELIGIO IN REGNO MEXICANO SIVE NOVA HISPANIA.

*Primi Operarii in vinea Mexicana tres Ord. S. Francisci.*

*Primi* qui religionem Catholicam in Regnum Mexicanum intulerunt, fuêre teste *Hazarto*, Tres ex Ordine S. Francisci: *Joannes de Tecto*, *Joannes de Aora*, *Petrus de Gent*, quos *Carolus V. Imp.* è Cœnobio *Brugensi* in Flandria *Ferdinando Cortesio* Archithalasso viæ comites in Americam adjunxit, ubi anno 1517. appulerunt. Quorum postremus *Petrus de Gent*, etsi Sacerdos non fuerit, dignus tamen Episcopatu à *Pio V.* judicatus est propter admiranda, quæ gessit intra 50. annos pro Ecclesia Mexicana. Hic ad Provincialem in Flandria scripsit: *Ego ac Socii mei intra sexennium ducenta millia Americanorum ad fidem Christianam traduximus.*

*Rursus 12. ex eod. Ord.* Deinceps ex eodem Ordine subsecuti sunt 12. ex quibus P. *Joannes de Zumaraga* Primus *Mexici Episcopus* ad Capitulum Tolosanum scripsit, quod intra octo annos plu-

plures, quàm decies centena millia ad fidem Christianam perduxerint. *Franciscus de las Casas* addit 20. milliones. Unde hæc sacra Familia se adeo per totam *Americam* hucusque dilatavit, ut ultra quingenta in ea numerarent *Cœnobia.*

*Anno 1526.* à PP. *Franciscanis* Hospitio humanissimè excepti sunt 12. PP. *Dominicani*, qui exinde in varias Provincias digressi multa millia Americanorum ad fidem converterunt, auctíque Cooperariis paulatim 70. Monasteria sui Ordinis ædificârunt, sub 18. è Gremio Episcopis. *12. PP. Dominicani.*

*Anno 1532.* PP. Augustiniani 7. suo fervore & laboribus numerum Christianorum in Mexicano regno auctiorem fecerunt. *7. PP. Augustiniani.*

*Anno 1572.* in Mexicum appulerunt 17. è Societate Jesu, & paulò pòst majore numero secuti sunt plures, & hodiedum alii, qui per totum *Mexicum* divisi, in singulis ejusdem Provinciis stationem habent, & intra breve tempus plura centena millia Ecclesiæ aggregârunt. Hisce omnibus zelosis Missionariis junxerunt se alii Ordines: B. V. de Mercede, Carmelitæ, Capuccini, Fratres de Misericordia &c. quorum omnium labore & sudore etiam sanguine mirùm excrevit Ecclesia Mexicana. *17. PP. Societatis, plures alii Ordines.*

## §. II.

## RELIGIO IN NOVO MEXICO, SIVE NOVA GRANATA.

*Novum Mexicum* distinctum à priore *Mexico*, est vastissima Borealis Americæ Regio, quæ inter Regnum *Mexicanum*, Mare *Vermejum*, & Regionem *Lovysianam* ingenti terræ tractu usque ad *Lacum Totontcac* extenditur. Ideoque divisum in Australe & Boreale Novum. *Mexici N. divisio in Australe & Boreale.*

*Mexicum Australe* novum, continet Provincias *Cinaloam*, *Sonoram* populósque diversos in Montanis, quales

ſunt; *Conchi, Paſaquates, Toboſi, Tauromares, Maychinipæ, Jumani, Hyaqui*, aliíque.

*Mexicum Boreale* novum, continet 18. Provincias, quarum caput eſt urbs *N. Granata*, ſive Fidei, *Santa Fe*, regítque *Piros*, Xaconas, *Galiſteos, Teguas, Queros, Pecos, Hemos, Salinos, Taxicos, Tanos*, 7. *Ciudates, Picurios, Thaos, Acomas, Cibolos, Zunios, Moquos, Manſos*

*Utrumque Hiſpanicum.*

*Utrumque hoc novum Mexicum* ſubeſt Dominio *Hiſpanico*, licet plures adhuc in Montanis præcipuè populi efferi & indomiti ſuperſint.

*Evangelium intulerunt*

*Primi PP. Franciſcani,*

*Primus* qui huic Lucem Evangelicam intulit, fuit P. *Marcus de Nizza*, ex Ordine S. Franciſci circa annum *1532.* ùt habet *Menologium M.* Hunc ſecuti ſunt ex eodem Ordine Anno 1560. *P. Joannes de Padilla*, & *Joannes à Cruce*, *Anno 1580. P. Franciſcus Lepez, Joannes à S. Maria, Aug Rodericius* omnes à Barbaris pro fide occiſi, & ſequenti ſæculo adhuc plures. *Anno 1594.* P. *Gundiſalvus de Tapia* Primus è Societate Miſſionarius *novi Mexici: Anno 1616.* octo alii in *Montanis: Anno 1632.* duo alii inter *Chinipos: Anno 1650.* duo alii inter *Tauromaros*, omnes è Societate Jeſu pro fide interfecti.

*deinde Jeſuitæ*

*magno incremento Eccleſiæ Chriſtianæ.*

Neque tamen tot ſunt Operarii à Barbaris occiſi, quin longè plures ſint pro eorundem ſalute ſanguinem vitámque dare parati. Senſim hinc Gentis Americanæ ferocia ad Chriſti jugum manſueſcit. Rebelles ſubinde ut in officio contineant *Hiſpani*, priùs per Miſſionarios fide inſtrui procurant, quâ ſolâ etiam ſine armis edomari poſſe Barbaros, longa experientia docuit.

## §. III.

# RELIGIO IN REGIONE LOVYSIANA.

*Regio Meſaſippi*

Sub *Ludovico XIV.* Rege Galliæ detecta Regio vaſtiſſima, à Sinu *Mexicano* inter Novum *Mexicum* & *Pentilinnem* uſque ad *Mare Glaciale. Primus* eam invenit P. *Ludovi-*

*dovicus Hanepin* ex Ordine S. Francisci cum Socio P. *Luca Buisset* Anno 1679. & per tres annos potiorem illius partem discurrendo lustravit, paucis tantùm, iisque parvulis, baptizatis, vix uno aut altero adulto. Huic supervenit *D. de La Salle* Eques Rothomagensis, qui cum magno comitatu è *Nova Francia* sive *Canada* devenit ad fl *Mesasippi*, réque prosperè gesti, rediit in *Galliam*, ubi, postquam in Aula Regia de novo invento relationem deposuit, assumptis aliquot navibus ad *Sinum Mexicanum* transiit; sed adversâ tempestate jactatus ad Sinum S. Spiritûs, ubi fortalitio exstructo, à suis comitibus perfidè necatus est. Interim initium dedit terminos Dominii Gallici dilatandi, & Viris Apostolicis divinam gloriam, & animarum salutem latiùs in his terris promovendi. Utì recens hoc sæculo nostro factum est ab ostio M. fluminis *Mesasippi*, usque ad ejus fontes à Gr. lat. 30. usque ad 60.

*à P. Henepin inventa*

*à D. Salle occupata*

*spem facit ulterioris progressus in Fide*

## § IV.

## RELIGIO IN NOVA FRANCIA sive CANADA.

Hæc Regio à Fontibus Pentilimnis sive 5. Lacuum, usque ad ostia fluminis Canadensis, hodie S. Laurentii ultra 200. Leucas Germanicas extenditur. A *Gallis* sub *Verazano* circa Annum 1504. detecta, coloniis aucta, exstructis passim ad ingens flumen S. Laurentii Fortalitiis: *Tadousac*, *S. Croix*, *Sillerii*, *Richelieu*, *Montreal* & *Quebec*, quod ultimum in ipsam Metropolim totius *Novæ Franciæ* excrevit, ubi hodie sedes est *Gubernatoris Regii*, *Episcopi*, pluriumque Religiosorum. Ex quibus Primi PP. S. J. eodem sæculo huc venerunt cum P. *Ennemado Masse*, qui inter summas miserias & continua vitæ discrimina annos 50. convertendis ad Christum *Canadensibus* fructu uberrimo impendit. Anno 1625. secuti sunt *P. Joannes de Brebeuf*, *P. Antonius Daniel*, *P. Gabriel Lalemant*, *P. Carolus Garnier*,

*Canada Primùm à Gallis detecta*

*à PP. S. J. exculta & rigata sanguine*

P. *Isacus Jogues*, P. *Natalis Chabaret*, qui omnes à Barbaris per varia & crudelissima tormenta pro fide enecti sunt.

*& continuis Martyriis* P. *Annas de Noüe* inter nives genuflexus & brachiis supra pectus decussatis, frigore extinctus post ingentes labores repertus est. P. *Franciscus Bressanus* & P. *Josephus Poncetus* post longum & crudele Martyrium, mutilatis digitis, & toto corpore fœdè lacerato tandem à Barbaris abire permissi sunt.

*emollita uberrimos* Inter ferocissimos toto orbe *Canadenses* crudelissimi sunt *Hurones* & *Iroqui*, qui nullam in captivi corpore partem illæsam relinquunt, quam non excrucient & miris modis affligant ferro & igne, donec tandem ipsa vita lenta morte deficiat.

*Hodiedum dat fructus vitæ Christianæ* Atque hæc initia fuêre nascentis Ecclesiæ Canadensis, sanguisque innocens effusus tandem cordá crudelium ita emolliit, ut plurimi Christiana Lege imbuti, & sacro fonte expiati, uterque sexus, parvuli & adulti hodiedum in omni virtute excellant, & in Christiana fide constantes ac solidi sint adeo, ut cum primis veteris Ecclesiæ Martyribus de palma certare meritò possint. Ut fusè probat P. *Hazartus* in Hist. Eccl. exemplis admirandis.

## §. V.
## RELIGIO IN FLORIDA.

*Inventores Floridæ cum Missionariis interempti* Sic dicta à situ optimo & fructibus inter *Lovysianam*, *Canadam*, *Virginiam*, & *sinum Mexicanum*. *Primus* ejus inventor *Hispanus de Leon* circa annum 1512. à Barbaris venenatâ ictus Sagitta interiit. Anno 1549. à *Philippo II.* Rege Hispan. per classem submissi *Julius Samano* & *Petrus Abumada* cum 5. *Missionariis* pariter à Barbaris occisi. Anno 1562. supervenerunt *Galli* qui sub Auspiciis *Caroli IX.* fortalitium *Carolinum* erexerunt, sed ab Hispanis inde depulsi, *subsecuti alii* quando Anno 1566. *Philippus II.* Rex Hispaniæ *Petrum Menendezium* cum classe aliquot navium in *Floridam* remisit.

remisit. Cum eo PP. tres S. J. profecti, *Petrus Martinez*, qui illico à Barbaris interemptus est: P. *Joannes Rogérius* & P. *Franciscus Villaregius* in duo Fortalitia *Carolinum* & *Tegestinum* divisi cum fructu ceperunt Indigenis Evangelium Christi annunciare, converso etiam ad fidem *Principe* Carolinæ Provinciæ, quem *Cazique* vocant, sed hic ipse postea, tanquam de proditione suspectus cum aliquot suorum ab *Hispanis* interfectus est. Unde ingens in *Hispanos* Barbarorum odium exarsit, cui subinde etiam accessit insolentia militum, qui sensim deficiente annona *Floridanorum* bona invaserant, quæ omnia ingratam reddebant Genti Christianam Legem, ipsosque Missionarios in manifestum vitæ periculum adduxerunt. Auxit hanc seditionem *Ludovicus* Principis *Axacæ* Frater jam baptizatus, qui sub specie promovendæ religionis cum Missionariis ex Insula Cuba in Floridam patriam suam reversus, interim perfidus tres primò Missionarios *Axacam* adventantes, & reliquos 4. subsecutos cum asseclis suis aggressus, ad unum omnes barbarè trucidavit An. 1571. Inter has turbas *Angli Carolinam* invaserunt, & propulsis Hispanis Fortalitia S. *Augustini*, & S. *Matthæi* & tandem etiam *Carolinum* ceperunt, cum magno rei Catholicæ detrimento. Nec restat amplius nisi pars *Floridæ* Occidentalis *Hispanica*, ubi hodiedum religio Catholica exercetur.

*Floridam excoluerunt*

*Inter multas seditiones*

*& vitæ pericula*

*tum ab Indigenis*

*tum ab Exteris invasoribus*

## §. VI.

## IN INSULIS ejusdem BOREALIBUS.

### RELIGIO IN INSULA CALIFORNIA.

Creditur esse maxima totius orbis Insula, *Mari Vermejo* à *Novo* Mexico dirempta, Longa Leucas Germanicas 360. Lata 100. circiter. *Primus* eam detexit *Franciscus Dracus* Archithalassus *Anglicus* An. 1577. post hunc *Hispani*, *Galli*, *Hollandi* ejus littora tantùm salutarunt, nemo interiora Insulæ nisi post annum 1682. quo duæ naves jussu Re-

*Insul. Littora*

*Post Dracum Hispani Galli Batavi*

*salutarunt, non intrarunt.* su Regis Hispan. sunt adornatæ, & anno sequenti cùm numerosa militum manu & 2. Missionariis S. J. præcipuum *Californiæ* portum *de la Paz* ingressæ sunt. Primis quinque diebus nemo indigenarum comparuit; unde *Hispani* *Demum Hispani intrarunt,* navigiis egressi ceperunt exstruere fortalitium & sacellum, quæ dum agerent, è sylvis incolæ armati arcu & sagitta egressi clamabant *Aru, Aru*, id est, *Cedite hinc ocyus.* Nemo tamen *Hispanos* ausus est aggredi, insolito & hactenus nunquam viso armorum genere territi.

Accesserunt eos blando vultu Missionarii cum munu- *Incolæ tum Munusculis* sculis & esculentis, neque tamen ea ausi sunt attingere, à recedentibus verò Missionariis in terra deposita abstulerunt, *deliniti* & paulò post iterato oblata etiam è manibus offerentium lubentes & sine formidine acceperunt, atque hoc modo *tum armis* cicurati & mansuetiores redditi, paulatim Dei remunerantis cognitione imbuti sunt. Interim *Hispani* ut *Barbaros*, *Hispanorum territi* plerumque infidos faciliùs in officio continerent, armaturæ Hispanicæ vires, & vicissim sagittarum imbecillitatem illis demonstraverunt *Clypeo* coriacio ad feriendum exposito, quem cum octo Barbarorum robustissimi nullis *Fidei se submiserunt* jaculis transverberare valerent, vehementer obstupuerunt, adhuc autem amplius, quando viderunt, uno sclopi manualis ictu non unum tantùm ejusmodi scutum, sed tria post se invicem posita uno momento perforari. Atque ita coërciti Hispanis se submiserunt. Hæc fuêre initia, quibus Christiana fides in hanc Insulam sub auspiciis *Caroli II.* illata, hodiedum crescit pluribus Missionariis hoc Sæculo eò submissis.

## §. VII.

## RELIGIO IN INSULA HISPANIOLA.

*à Christianis Habitata* Hæc est Primaria Insularum *Antillarum* in Archipelago Americano, sedes *Gubernatoris* Hispanici, *Archi-Episcopi*, & *Concilii Regii.* Item Ordinum Religiosorum S. *Dominici,*

*nici*, S. *Francisci*, B. V. de Mercede, & Religiosarum Virginum, Collegii & Hospitalis, in urbe *Isabella*, nunc S. *Domingo*. Huic Metropoli accesserunt urbes aliæ novem, eæque innumeris habitatoribus tam *Indigenis*, quam *Hispanis* repletæ: præcipuæ ex iis sunt: *La Conception della Vega*, & S. *Jago de los Cavalleros*. *In fine Sæculi 15.*

## §. VIII.
## RELIGIO IN INSULA CUBA.

Una est ex majoribus Antillarum habetque sex urbes Catholicas, quarum primariæ sunt: urbs S. *Jacobi* Episcopalis, urbs *S. Salvatoris* cum nobili portu, urbs S. *Christophori*, sive *Havana* cum portu amplissimo, in quo facilè mille naves consistunt ab omni vento tutissimæ. Hìc divertit Classis Hispana, quæ inde ingentes ex America divitias defert quotannis in Europam. *Initio Sæculi 16.*

## §. IX.
## RELIGIO IN INSULA BORIQUEN.

Nunc S. *Joannis de Puerto Ricco* una est ex 4. majoribus *Antillarum*, præcedentibus tamen multò minor, habitata à Christianis An. 1510. semel ab *Hollandis*, & iterum ab *Anglis* vastata, ac denuo ab *Hispanis* restaurata, quibus hodiedum paret. Ejus Metropolis est urbs S. *Joannis* cum Portu insigni, sedes *Gubernatoris Hispanici*, & *Episcopi*. Reliquæ urbeculæ sunt: *Arecibo*, *Guadianilla*, S. *German* Catholicæ. *Contra Hollandos & Anglos defensa*

## §. X.
## RELIGIO IN INSULA JAMAICA.

Una est ex 4. majoribus *Antillarum*, priori ferè par, longo tempore ab Hispanis possessa & Catholico ritu ex- *ab Hispanis possessa*

*cessit Anglis* culta, donec Anno 1655. Hispanis erepta ab Anglis, Anglicos quoque mores assumpserit. Præter Metropolim Sevillam, habet adhuc duas urbes: *Melillam* & *Oristanum* Hispanicis navibus infestas.

## §. XI.
## RELIGIO IN INSULIS CARIBUM.

*Religio varia* Hæ Insulæ sunt *Antillis* ad Ortum objectæ, pleræque parvæ, sed variis Aromatum, fructuum, ac mineralium generibus opulentæ, unde magnus & frequens est Europæorum ad easdem concursus. Dicuntur ab Americanis *pro variis Dominiis* *Caribes* quia aliquæ earum sunt adhuc sub potestate *Caribum.* Religio in iis varia est, prout varia sunt Dominia sequentia, secundùm Samsonem, Morery, La Croix, Blome, Coronelli, aliosque.

### *Insulæ Caribum subjectæ.*

*Dominio Gallorum.*

Insula S. Bartholomæi.
Insula S. Christophori dimidia.
Insula S. Crucis.
Insula Dominica dimidia.
Insula Deseada.
*partim Hispanorum* Insula Granada.
Insula Guadalupe.
Insula S. Luciæ.
Insula Marigalante dimidia.
Insula Martinica.
Insula S. Martini dimidia.
Insula Los Sanctos.
Insula S. Vincente dimidia.

*Dominio Anglorum*

Insula Anguilla.
Insula Antigoa.
Insula Barbada.
Insula Barbuda.

Insula

Insula S. Christophori dimidia.
Insula Montserrato.
Insula Nives, sive Mevis.
Insula Saba.
Insula S. Eustachii.
Insula S. Martini dimidia.
Insula Tabago.
Insula Bon'aire.
Insula Curacao.
Insula Annegada.
Insula Bequia.
Insula Aves.
Insula Marigalante dimidia.
Insula Sombrero.
Insula Vierges.
Insula S. Vincente dimidia.

*Dominio Hollandorum*

*Dominio Caribum*

In Insulis *Hispanorum* & *Gallorum* Dominio subjectis sunt plura Domicilia Religiosorum S. Francisci, S. Dominici, Capuccini, Jesuitæ, aliique Missionarii Catholici.

## §. XII.

## RELIGIO IN INSULA TERRÆ NOVÆ.

Circa ostium Magni fluminis Canadensis est hæc Insula, magnitudine Angliæ par, inventionem ejus sibi vendicant & *Galli* & *Angli*, oramque maritimam inter se diviserunt, piscaturam Halecum & Salparum cum *Hollandis*, reliquam verò Insulam interiorem cum *Barbaris* Americanis. Adeoque ea tantùm pars Insulæ Catholicam exercet Religionem, quæ Gallorum est. Cum vicinis Insulis: Assumptionis, S. Joannis, de Breton, de Sable, omnes Gallorum Insulæ.

*Pars Insulæ Catholica*

*cum Insulis adjacentibus*

## §. XIII.

## SECTÆ & SUPERSTITIONES IN TOTA AMERICA BOREALI.

*Athei, Idololatræ*

Præter Catholicos multorum centenorum millium, sunt innumeri adhuc in ea *Athei*, qui nullam prorsus veri Dei notitiam habent. 2. *Idololatræ*, qui creaturas ipsumque malum Dœmonem adorant, & superstitiosè colunt, præsertim in sylvis & locis inaccessis. 3. Judæi etiam aliquot per commercia irrepserunt. 4. Multi *Christiani Acatholici* in terris & Insulis *Anglorum* & *Batavorum* Dominio subjectis, qui novas inibi colonias hodiedum exstruunt, unà cum *Quackeris*, *Anabaptistis*, *Hugonotis*, & fæce hominum undecunque confluentium.

*Judæi*, *Acatholici*

## II.

## *Modernus Ecclesiæ Status in America Australi.*

*Americæ Australis In regiones divisio.*

Hæc pars *Australis Americæ* à *Terra Firma* usque ad *Terram Magellanicam* ad nongenta Milliaria Germ. extenditur. Continetque potissima regna, regiones, & provincias sequentes: 1. *Terram Firmam*. 2. *Guianam & Caribanam*. 3. *Regionem Amazonum*. 4. *Peruvium*. 5. *Chili*. 6. *Paraquariam*. 7. *Brasiliam*. 8. *Terram Magellanicam*.

## §. XIV.

## RELIGIO IN TERRA FIRMA, sive NOVO REGNO GRANATENSI.

*Terræ Firmæ*

*Terram Firmam* nominavit *Columbus* ad distinctionem Insularum Antillarum priùs inventarum: postea *Hispani* novum Regnum Granatense ab urbe Nova Granata. Dividitur in 9. Provincias sive Audientias, quarum Metropoles sunt:

1 Pa-

1. *Panama* ſedes Gubernatoris, & Epiſcopalis. *diviſio in Provincias.*
2. *Carthagena* ſedes Epiſcopalis.
3. *Popayan* cum metrop. S. Fe.
4. *S. Marthæ* ſedes Epiſcopalis.
5. *De la Hacha* N. S. de los Rimedios.
6. *Venezuela* & *Coro* cum Epiſcopatu.
7. S. *Fe de Bogota*, cum Archi-Epiſcopatu.
8. *Comana*, ſive *Nova Corduba.*
9. *Paria* cum metrop. *Macureguare.*

Scilicet unus Archi-Epiſcopatus, & 4. Epiſcopatus ſuffraganei: magnus numerus Religioſorum Ordinum S. Auguſtini, S. Dominici, S. Franciſci, Soc. Jeſu, B. V. de Mercede, Carmelitæ Diſcalceati &c. qui ſinguli plura habent Domicilia & Miſſiones pro *Hiſpanis* multis millibus in hac regione, & Indigenis Americanis, quorum multa centena millia ad fidem Chriſtianam adducunt, per Miſſionarios complures quotannis huc miſſos ex Europa. *Regimen Eccleſiaſticum* *& converſio plurimorum,*

Multæ tamen adhuc in *Terra Firma Nationes* ſunt *Barbaræ*, domari neſciæ, præſertim in Montanis, & circa fontes magnorum fluminum: *S. Marthæ*, ſive Rio grande de *Cauca*, *S. Magdalenæ*, & *Orenoque*, niſi per fidem Chriſtianam & manſuetudinem Operariorum. Unde Religioſi Miſſionarii habent hîc locorum ingentem campum diſſeminandi fidem Chriſtianam, & manipulos animarum colligendi in horreum Eccleſiæ. Mundani etiam hic terrenum Theſaurum invenient in Auri- Argenti- Gemmi- fodinis, præſertim Smaragdorum. *obſtinacia Multorum* *converſione indiget.*

## §. XV.
## RELIGIO IN GUIANA CARIBANA.

*Guiana* ad Ortum Terræ Firmæ regio vaſtiſſima & uberrima, in hoc infelix, quod ad Lucem Evangelicam cæcutiat, & Miſſionarios ad interiora minimè admittat. *Guianæ Interior Fidem reſpuit,*

Pars ejus ad oram maritimam, olim ab *Hiſpanis* occupata,

pata, sed neglecta *Caribana* dicta est, eoquod Insulani *Caribes* eam possederint; nunc verò à *Gallis*, *Anglis* & *Hollandis* possidetur. *Galli* quidem Insulam *Cayennam* obtinent ad ostium *Cayennæ* fl. in qua unum alterumque fortalitium cum Burgo habent; in ipsa verò ora maritima alia plura munimenta; *Goru*, *Sinnamari*, *Conde*, *Caonama*, *Concaribo* &c. quibus in locis saltem unus aut alter Missionarius Catholicus curam suæ Gentis gerit in sacris, & simul conversionis Indigenarum *Caribum*. Teste La Croix. *Anglorum* sunt: *Surinama*, & *Marona* Loca munita. *Batavorum* sunt: *Esquib*, *Barbice*, *Barob*, *Aperwagia*, ex quibus proinde Catholica religio exulat.

*Exterior Maritima* — *Fidem amplectitur*

## §. XVI.

## RELIGIO IN REGIONE AMAZONUM.

Olim *Orelhana*, nunc *Regio Amazonum* dicta à Lusitanis ob fœminas ibidem cum viris armatas, extenditur in longitudinem ultra 500. Leucas germanicas juxta fluvium Amazonum, qui accessu plurimorum fluviorum ita excrescit, ut mari similior, quàm flumini incedat, & singulis annis *Nili* instar exundet ad 150. leucas in latitudine. *Petrus Texeira* Lusitanus totum hoc flumen Anno 1639. instructus 47. navigiis, cum P. *Christophoro de Acugna* S. J. visit ac revisit, suæque expeditionis relationem in Aulam Lusitanicam transmisit, quâ *Texeira* testatur, se plusquàm quingentas nationes numerâsse, in diversis vallibus majorum fluminum Orelhanam ingredientium, eásque valles innumeris habitatoribus fuisse repletas. Post hunc neque à Lusitanis, neque ab Hispanis circa Regionis hujus possessionem quidquam tentatum est, nisi quod *Lusitani* utrimque circa ostium fluminis *Amazonum* aliquot munimenta & oppida exstruxerint: nempe *Sarra*, *Corupa*, *Estero*, & *Cogemine*, ac subinde per commercia aliquos Barbaros convertant.

*Lustrata littora* — *fluminis Amazonum* — *sed non conversa* — *nisi ad Ostium fl.*

§. XVII.

## §. XVII.

## RELIGIO IN BRASILIA.

Maxima ejus pars à Borea, Ortu, & Austro mari alluitur, reliqua ab occasu contigua est Regioni Amazonum & Paraquariæ. Invenit eam Anno 1501. *Petrus Alvarus Capralis* cum aliquot Patribus *Franciscanis*, pluribúsque Lusitanis sub *Emmanuele* Rege, sed utrisque tum miseriis, tum indigenarum barbarie consumptis, post 48. annos res *Brasiliæ* ferè collapsas restauravit *Joannes III.* per *Thomam Sosam* cum classe navium & 5. Patribus S. J. eò submissum; sed neque tunc Christiana fides in agro sterili inter Antropophagos crescere potuit, nisi priùs plurium Missionariorum rigata sanguine. Inter quos primi è Societate fuerunt *Emmanuel Nobrega*, & *Petrus Correa*, pluresque alii subsecuti: quin & non longè pòst Anno 1570. non quidem ab indigenis, sed ab infami Pirata Acatholico, 40. è Societate cum P. *Ignatio Acebedio* in mare propter fidem demersi sunt, antequam in Brasiliam appulerint. In quorum locum alii subinde operarii submissi rem Christianam in Brasilia promoverunt.

*In Brasilia PP. Franciscani*

*Primi fidem plantârunt*

*dein PP. Societatis*

*suo sanguine rigârunt*

Verùm ingentem posteà ab Anno 1624. usque ad 1637. cladem passa est res Catholica in Brasilia, quando eam *Hollandi* captâ Metropoli S. Salvatoris totam penè regionem occupaverant, ejectis undique Religiosis. Donec Anno 1644. post obitum *Mauritii Principis Nassovici* in Hollandia res Hollandorum sensim vacillare & deficere cœperunt, ac *Brasiliam* tandem ex omnibus urbibus & munimentis ejecti, legitimo Domino, Regi Lusitaniæ, relinquere coacti sunt. Atque sic Anno 1654. à *Lusitanis* restauratæ sunt urbes, oppida, & munimenta, & in iisdem multiplicata templa, & Religiosorum domicilia, ut non tantùm Europæis unà cum Clero in sacris assistant, sed identidem in Barbarorum occidentalium stationes excur-

*fructum messuerunt*

*exciderunt Hollandi*

*collegerunt Lusitani*

sant,

*Deo dante incrementum.* rant, eósque velut oviculas in montibus errantes ad Christi ovile reducant, quod ipsum ab illo tempore usque huc cum magno fructu animarum peragitur in 14. *Brasiliæ Præfecturis*, quas in Geographia Politica descripsimus. Harum primaria est *Bahia de todos los Santos*, sive omnium Sanctorum, in qua est urbs *S. Salvatoris* totius Brasiliæ Metropolis, sedes *Pro-Regis* & *Archi-Episcopi*.

## §. XVIII.

## RELIGIO IN REGNO PERU.

Peruviana Regio fortè totius orbis ditissima, saltem auri, à Borea terminatur Terrâ Firmâ & Regione Amazonum, ab Ortu Montanis Brasiliæ, ab Austro Paraquaria, & Regno *Chile*, ab Occasu Mari Pacifico, intra Zonam Torridam Australem.

*Primus Peruvio*

*Primus* qui *fidem Christianam* huic Regno intulit, eámque propagavit, fuit P. *Vincentius Valverde* ex Ordine S. *Dominici* circa annum 1530. quando *Franciscus Pizarrus* Archithalassus Regius, devicto Rege *Peruvii Ataqualpâ* regnum *Carolo V.* Catholico & Imperatori armis subjecerat, creatus dein *Episcopus Cuzcensis*, tandem in odium fidei à Barbaris occisus.

*Fidem intulit P. Vincentius Valverde*

PP. *Dominicanos* secuti sunt Anno 1536. PP. *Franciscani*, quorum primi fuêre *P. Joannes de Rycke* vir verè Apostolicus, & S. *Franciscus Solanus*, Sanctorum Catalogo Anno 1675. adscriptus.

*propagarunt PP. Dominicani*

Anno 1552. Peruvium ingressus P. *Joannes Ramirez*, ex Ordine S. *Augustini*, vir zelosissimus, qui per annos 57. multa Barbarorum millia convertit. Et *Didacus Ortizius* ex eod. Ordine tandem pro fide crudeliter enectus ab uxore Reguli conversi.

*PP. Franciscani PP. Augustini*

Denique Anno 1567. P. *Hieronymus Ruiz* primus è Societate Jesu cum septem Sociis Peruvium ingressus, qui numerus paulò pòst ad 40. capita excrevit exstructo Collegio & Templo in urbe *Lima* Metropoli, ac deinceps non

*PP. Societatis JEsu*

non intra urbis mœnia tantùm procurata civium ſalus, ſed in omnes totius Peruvii provincias, ad Epiſcoporum inſtantias, uſque ad 800. Leucas, & ultra excurſum eſt uſque ad ſanguinem & mortem; plures enim charitatis victimæ fuerunt, quorum mortem P. Hazartus in Hiſt. Peru. fusè deſcribit. Eosdem ſequuntur hodiedum quotannis ex Europa Miſſionarii, maximè ad Montana *Peruvii* & *Moxorum* regionem, ùt habent literæ P. Arlet Miſſionarii inter Moxos.

*magno numero*

*priore & hoc ſæculo.*

Regimen Eccleſiaſticum modernum in tribus Peruvii Audientiis:

*Regimen Eccleſiaſticum modernum in Peru.*

1. In *Lima* Metropoli ſede *Pro-Regis* & *Archi-Epiſcopi*, cui ſubſunt urbes Epiſcopales *Cuzco*, *Guamanga*, *Arequipa*, *Truvillo*, *Parſilla*, *Miraflory*, *S. Juan*, *S. Jago*, *S. Franciſco*, *S. Miguel.*

2. In *La Plata* Metropoli Archi-Epiſc. cui ſubſunt urbes Epiſcopales: *de la Paz*, *S. Crux*, *Potoſi*, *Porco.*

In *Quito* urbe Epiſcopali, cui ſubſunt *Rio Bamba*, *Loxa*, *Zamorra*, *Jaën*, *Baëza*, *Puerto Viejo* &c.

## §. XIX.

## RELIGIO IN REGIONE CHILE.

Hæc Regio inter Montana nivoſa *Andium* & *Mare Pacificum* ad 330. Leucas germanicas protenſa, per *Almagrium*, poſteà à *Pizarro* interfectum, Hiſpaniæ Regibus ſubjecta eſt, ſimúlque fides Chriſtiana introducta, quam PP. *Dominicani*, *Franciſcani*, *Soc. JEſu* in præcipuis urbibus tuentur ac promovent, iidémque frequenter excurrunt in Transmontana nivoſa *Andes* ad convertendos Barbaros *Pulches*, populos feroces, qui multis annis expugnatis fortalitiis, vaſtatíſque urbibus & agris tam diu fatigârunt *Hiſpanos*, donec eos tandem pacem inire coëgerint. Cujus cladis & irritatæ gentis authorem omnes hiſtoriæ faciunt Comitem *Valdiviam* ſucceſſorem *Almagrii*, eo-

*In ea fides conſervatur,*

*à Religioſis Miſſionariis.*

*ſed Pulches transmontani irritati à Valdiviâ hodiedum rebellant.*

quòd insatiabili auri cupidine incensus subditos suos nimiis exactionibus oppresserit, atque eos, qui solvendo non erant, in suis aurifodinis ad labores subterraneos summo rigore coëgerit. At hunc rigorem suum luit infelix comes, quando à Barbaris comprehensus infuso per os auro liquato potatus & semi-devoratus interiit: Cismontani verò *Araucani*, cum prioribus sæpè rebelles, sensim mitiores evaserunt per Missionarios S. J. P. *Martinum de Aranda*, & P. *Horatium de Vecchi* cum Fratre *Didaco de Montalvan*, qui circa annum 1612. grassante inter Barbaros lue pestiferâ, curando corpora pestem animarum sustulerunt, multis millibus ad Christi fidem conversis, ulteriúsque ad hæc tempora fides *Araucanorum* excrevit profuso aliquot Missionariorum sanguine, qui vicinos *Pulches* tandem emolliet.

*Araucani mitigati*

*sanguine Missionariorum*

Toti Regioni *Chilensi* præsidet *Gubernator*, Pro-Regi tamen *Peruvii* subjectus, & gubernat tres Provincias sive Præfecturas.

*3. Præfectura Chilenses*

I *Chilensem* propriè talem cum suis ditionibus & urbibus: *La Serena* cum portu *Quaquinbo*, *Quillata* cum portu *Valparayso*, *S. Jago* cum Episcopatu &c.

*per fidem exculta.*

II. *Imperialem* cum Metropoli hujus nominis Episcopali, urbe *la Conception* Episcopali, *Angol*, *Villa Ricca*, *Valdivia*, *Osorno*, *Ancud* cum Archipelago Chilve &c.

III. Transmontanam *Cuyensem*, cum ditionibus *Mendoza*, *S. Juan de la Frontera* & Diamante &c.

## §. XX.

# RELIGIO IN PARAQUARIA.

*Provinciæ*

Regio vastissima circa ingens flumen *Paraquey*, nunc Hispanis Rio de la Plata, in sex Provincias dividitur.

*Paraquaria*

I. *Paraquaria* propriè dicta ad utrasque ripas fl. Paraquey, cujus Metropolis est urbs *boni aëris*, Hispanis *Bue-*

nos

*nos Ayres* ſedes *Gubernatoris* & *Epiſcopi* cum ſuo Clero & Domiciliis Religioſorum, *B. V. de Mercede*, *S. Dominici*, & *Soc. JEſu*, quorum Miſſionarii hinc per totam regionem diſpenſantur, Anno quidem 1691. horum 40. in Paraquariam diſtributi, & hoc ſæculo plures advenerunt ex Europa. Reliquæ urbes hujus Provinciæ Catholicæ ſunt: *La Seitte Corrientes*, *S. Fidei*, *Aſſumptionis*, *S. Spiritûs* &c. *ad fidem converſa Paraquaria*

II. *Uruquaya* ad oram auſtralem Maris Paraquariæ. In ea ſunt *Reductiones*, ſive oppida Cath. *Conceptionis*, *S. Nicolai*, *S. Xaverii*, *Purificationis*, *Viſitationis*, *S. Crucis*, *S. Thomæ*, *S. Joſephi*, *S. Joachimi*, *S. Annæ*, *Jeſu Mariæ*, *S. Chriſtophori*, *S. Borgiæ*, *SS. Apoſtolorum*, *SS. 3. Regum*, quarum ultimam adminiſtravit P. *Antonius Sep.* *Uruquaya.*

III. *Tucumannia* inter *Peru*, *Chile*, *Paraquariam* & *Terram Magellanicam* media, quam Hiſpani poſt Peruvium occupârunt, cujus Primus Epiſcopus *Franciſcus de Victoria* ex Ordine S. Dominici, auxiliares copias petiit à P. *Joſepho Anchietta* S. J. miraculis illuſtri, & obtinuit, quorum deinde laboribus acceſſit *S. Franciſcus Solanus* ſuprà laudatus ex Ord. S. Franciſci, qui ingenti ſuo zelo & prodigiis, numerum Chriſtianorum converſorum, multis aliis millenis jam adauxit, & hodiedum augetur in urbibus *S. Jacobi* Metropoli, *S. Miguelis*, *Corduba*, *Eſtero*, *Las Juntas*, *S. Salvatoris*, *Salta*, *S. Joannis*, aliíſque novis Coloniis. *Tucumannia urbibus Catholicis adaucta,*

IV. *Parana* circa flumen ejusdem nominis propè littus orientale fl. Paraquey, in ea ſunt *Reductiones*, ſive oppida Catholica *S. Ignatii*, *Nativitatis B. V. M.* *S. Sacramenti*, *Incarnationis Dominicæ*, *B. V. de Iguazu* ad flumen ejusdem nominis, aliæque plures novæ coloniæ à Miſſionariis Soc. Jeſu exſtructæ. *& Parana conſervatur.*

Anno 1736. 11. Maji P. *Julianus Liſardi* à Sacrificio abreptus, & 32. telis confoſſus à Piriquanis, glorioſè pro fide obiit, ut Novellæ recentes referunt.

V. *Chacoana* ſive *Chaco* propè *Moxos* circa fontes fl.

*Religio in Chaco* Paraquey plena sylvis & montibus, cujus Metropolim La Croix, vocat urbem *Conceptionis*. P. *del Techo* tamen in sua Paraquaria testatur, ter à P. *Orosio*, aliísque Missionariis Societatis tentatam fuisse *Caquensium* conversionem, *sæpiùs incepta.* sed semper irrito conatu, aut saltem parvo fructu inter sylvestres Barbaros.

*In Guayrania producta, à Mamalucis inhibita, per Missionarios crescit.* VI. *Guayrania* ad confinia *Moxorum* & *Brasiliæ*, in qua Hispani quondam, Teste *de Techo* & *Samsone* erexerant 4. fortalitia, sed à *Mamalucis*, id est, progenitis ex Hispanis & fœminis indigenis, destructa, qui etiam longo tempore novas Christianorum colonias depopulati, multa eorum millia aut interfecerunt, aut in servitutem abduxerunt. Interim coloniæ sequentes conservatæ: Reductio *Lauretana*, *S. Ignatii*, *S. Xaverii*, *Incarnationis Dominicæ*, *S. Josephi*, *septem Archangelorum*, & aliæ minores sensim reducuntur, & colliguntur ex sylvis Barbarorum.

## §. XXI.

## RELIGIO IN TERRA PATAGONUM MAGELLANICA.

Ultima Regio Americæ Australis ob vicinum Fretum *Terra Magellanica* à *Magellane* Anno 1520. trajectum dicta est *Magellanica*, aliàs Terra *Patagonum*, sed neglecta ab Hispanis, eoquòd aurum inibi non invenissent; donec irritatus *Peruvii* Pro-*ab Hispanis neglecta,* Rex à Franc. *Draco* Navarcho Anglico, qui Anno 1578. per idem Fretum in Mare *pacificum* transgressus oram *Chilis* & *Peruvii* multo auro despoliaverat, ne per eandem *relicta est in tenebris.* viam Pirata rediret, duobus fortalitiis Freti ripas munivit uno *Nominis JESU* ad introitum, alterum *Philippopoli* ad exitum: atque sic Lux Evangelica Terræ illuxit, sed ingens rerum omnium inopia, venti quoque & tempestates isthic exoticæ, ac continuus Barbarorum assultus, post *Sarmienti* Præfecti obitum, utriusque loci habitatores Catholicos

licos consumpsit. Nec ullus posteà Fretum hoc trajecit, aut regiones Freto adjacentes ampliùs lustravit, eoquòd alia duo Freta vicina, nempe *Le Maire* & *Browers* à suis Inventoribus sic appellata, detecta sint, per quæ longè faciliùs & tutiùs in Orientem hodie navigatur.

## III.

## *Regimen Ecclesiasticum in America Boreali.*

I. *Archi-Episcopatus Mexicanus* cui subsunt *Episcopi* suffraganei singuli cum suis *Canonicis* & *Clero*.

*Archi Episc. Veteris & novi Mexici cum suis Episcopis*

*Episcopus* Urbis S. *Fe*, in Novo Mexico.

*Episcopus Quadalajaræ*, in nova Gallicia.

*Episcopus Durango*, in nova Biscaja.

*Episcopus Mechoacanus*, in Prov. ejusdem nominis.

*Episcopus* urbis *Los Angelos* in Tlascala.

*Episcopus Antequeranus* in Guaxaca.

*Episcopus Meridanus*, in Jucatan.

*Episcopus* urbis *S. Jago* in Guatimale.

*Episcopus* urbis *Reale* in Chiapa.

*Episcopus Truxillanus* in Honduras.

*Episcopus Vera Paz*, in Prov. ejusdem nominis.

*Episcopus* urbis *Leon*, in Nacaragua.

II. *Archi-Episcopatus S. Dominici*, cui subsunt *Episcopi* suffraganei

*Archi-Episc. S. Dominici in America Boreali.*

*Episcopus* urbis *La Conception* de la Vega, in Insula Hispaniola.

*Episcopus* urbis S. *Jago*, Jacobi, in Insula Cuba.

*Episcopus* urbis S. *Joannis* de Puerto Ricco, in Insula ejusdem nominis.

*Episcopus* urbis *Coro*, sive *Venezuela* in Prov. ejusdem nominis Terræ Firmæ.

## IV.

## *Regimen Ecclesiasticum in America Australi.*

*Archi-Episc. Peruvii*

I. *Archi-Episcopatus Limensis*, in Peruvio, cui subsunt quinque Episcopi.

*Episcopus* urbis *Quito.*
*Episcopus* urbis *Cuzco.*
*Episcopus* urbis *Quemanga.*
*Episcopus* urbis *Arequippa.*
*Episcopus* urbis *Truxillo.*

*Archi-Episc. Regni Granatensis*

II. *Archi-Episcopatus S. Fidei* de Bogota, Regni Granatensis, Terræ Firmæ, cui subsunt Episcopi.

*Episcopus* urbis *Popayan.*
*Episcopus* urbis *Cartagenæ.*
*Episcopus* urbis *S. Marthæ.*
*Episcopus* urbis *Venetiarum.* Huc potiùs reducitur.

*Archi-Episc. Paraquariæ*

III. *Archi-Episcopatus de la Plata* in Paraquaria, cui subsunt Episcopi suffraganei.

*Episcopus* urbis *Buenos Ayres.*
*Episcopus* urbis *Assumptionis*, B. M. V. in Paraquaria.
*Episcopus* urbis *S. Jacobi*, in Tucumannia.

*Archi-Episc. Chilensis*

IV. *Archi-Episcopatus S. Jacobi*, in *Chile* cum suis Episc.

*Episcopus* urbis *Conceptionis.*
*Episcopus* urbis *Imperialis.*

*Archi-Episc. Brasiliæ*

V. *Archi-Episcopatus S. Salvatoris* in Brasilia cum suis Episcopis.

*Episcopus* urbis *Olindæ* de Fernambuco.
*Episcopus* urbis *S. Ludovici* Maragnan, in Inf. S. *Anna.*

*Ordines Religiosi in tota America.*

*Huic Clero Americano* accedunt sacri & Religiosi Ordines cum magno numero Personarum.

*Ordo S. Patriarchæ Benedicti.*
Ordo *Prædicatorum S. Dominici.*
Ordo *Minoritarum S. Francisci.*
Ordo *Eremitarum S. Augustini.*
Ordo *S. Mariæ de Mercede.*

Ordo

*Ordo Societatis Jesu.*
*Ordo Carmelitarum Discalceatorum.*
*Ordo Capuccinorum.*
*Ordo Eremitarum S. Hieronymi.*
*Ordo Fratrum de Misericordia.*
*Ordines* aliquot *Religiosarum Virginum.*

## §. XXII.
## SUPERSTITIONES AC SECTÆ IN AMERICA AUSTRALI.

*Inter Multa centena Millia Christianorum reperiuntur multi Athei, Idololatræ Sectarii.*

*PP. Societatis Jesu Missionarii* scribunt, in *Peruvio* & Regione *Moxorum* reperiri adhuc quosdam *Idololatras* & *Solis Adoratores*, & certorum *piscium*, quos captos dimittunt. In *Paraquaria* multi verum Deum ignorant, nec alium colunt. *Brasili Montani*, adhuc antropophagi, bestiarum more sine omni cultu Divino vagabundi discurrunt. Inter *Amazones* circa flumen obiter deprehensæ sunt multæ superstitiones, de Deo nec nomen, nec vestigium ullum. De *Patagonibus* semigigantibus Terræ Magellanicæ nihil certi constat; verosimile tamen est, eos aut Idololatras aut Atheos esse, cum Dei notitia in ejus interiora hactenus illata non fuerit. Denique in *Guiana* & *Caribana* regionibus & Provinciis nobilissimis ac ditissimis, cùm *Angli*, & *Hollandi* stationes suas fixerint, pronum est conjicere, eos etiam varias suas Sectas in has partes secum traxisse, quas passim in *Anglia* & *Hollandia* ipsi tolerant, ac fovent in gremio suo.

## §. XXIII.
## PRÆDICATIO EVANGELII NECDUM OMNIBUS ORBIS ANGULIS FACTA.

*Mundo universo*

Ex dictis hucusque colligitur quænam orbis partes & nationes ad Christi fidem sint conversæ vel ex toto vel ex parte,

parte; cum tamen adhuc multæ præter eas sint Gentes, quibus fidei lumen necdum illuxit, in sensu accommodo debet sumi effatum Apostoli.

*In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Et illud Marci 16. *Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ.* Ut explicat S. Greg. Homil. 29. in Evang. *Omni nationi gentium.* Non omnibus urbibus, oppidis, villis, pagis, nec omnibus mundi angulis. Istud tamen, aliquando verificabitur, quod Christus Matth. 24. ait: *Prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio.* Priùs ergo debent audire Evangelium non solum terræ hactenus cognitæ, quibus Evangelium nondum prædicatum est, sed etiam reliquæ, quæcunque demum, necdum cognitæ terræ in utroque polo, antequam veniat consummatio.

*prædicatum Evangelium*

*in sensu accommodo*

## §. XXIV.

## Terræ autem, in quibus necdum prædicatum est Christi Evangelium, saltem ex toto sunt sequentes:

### *In Europa.*

Aliquibus Lapponibus & Insulis Maris Glacialis.

*Terræ in toto*

### *In Asia.*

*Tartaria* deserta ad Boream.
*Terra Jedso*, vicina Japoniæ.
*Terra Societatis*, Compagnie-Land.
*Terra dos Papous*, in Archipel. S. Lazari.
*Nova Guinea*, priori vicina.
*Carpentaria*, Guineæ adjacens.
*Nova Hollandia*, in mari Australi.

*orbe Terrarum*

In

## *In Africa.*

*Cafraria* Occidentalis præcipuè.
*Imperium Monæmugorum* ad Zaire.
*Terra Nigrorum* ad fontes Nigri fl.

*quibus nondum*

## *In America Boreali.*

*Pars Borealis* Insulæ *Californiæ.*
*Pars Canadæ* Borealis.
*Regio Anian* ad Fretum ejusdem nominis.
*Regiones Boreales* Novi *Mexici.*

*prædicatum Evangelium.*

## *In America Australi.*


*Insulæ Salomonis* & vicinæ.
*Terra Magellanica* Patagonum.
*Terra del Fuegos*, aliaque ad Austrum.

Quibus prædicari adhuc debet Evangelium, usque dum veniat Consummatio & Mortalibus omnibus patefiat ineffabile regnum Christi, & potentiâ Majestatis æterna, quam licet nunc corporeis oculis non videamus, videbimus tamen, Christum ipsum Legislatorem nostrum Die extremi Judicii Universalis in carne nostra venientem in nubibus cum potestate magna & majestate, judicantem omnes, punientem reprobos, præmiantem electos. De quo vaticinatus est David Ps. 49. *DEUS Deorum Dominus locutus est, & vocavit Terram, à solis Ortu usque ad Occasum, ex Sion species decoris ejus: DEUS manifestè veniet, DEUS noster, & non silebit: Ignis in conspectu ejus exardescet, & in circuitu ejus tempestas valida: advocavit cælum de sursum, & terram discernere populum suum.* Et Isaias cap. 1. *Ecce dies Domini veniet crudelis & indignationis plenus, & iræ, furorisque ad ponendum terram in solitudinem & peccatores ejus conterendos.* Quis audire poterit vo-


*Donec veniat consūmatio.*

cem detonantis Domini? Matth. 25. *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis ejus.* Vivamus itaque ita, ut audire mereamur vocem suavissimè invitantis: *Venite Benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione Mundi*, & intrare Regiam DEI æternam, super omnia mundana infinitè extensam, regnaturi cum Christo Rege sempiterno, cui sit regnum, honor, & gloria in sæcula sæculorum.

FINIS.



INDEX



# INDEX
# GEOGRAPHIÆ HIERARCHICÆ.

§. 5. Nu-

In

§. 5 Mo-

§. 8.



# Nachricht vor den Buchbinder wo die Figuren und Tabellen einzubinden.

*Lib. IV.*

General
Geography
Vol. 4